




Log. y. m. Z. d. m. i. d. b. i. c. t. u. s.

Ms. 48. Q







Disputatio octava,

EX TIT. VI. VII. VIII. IX.
Libr. 2. Institut.

C O N T I N E N S

Tractatum { *Vsucapionis & praescriptionis.*
Donationum.
Quibus alienare liceat.
Per quas personas cuiq; adquiratur.

Quam Deo clementer adiuuante,

Pro ingenij viribus defendere conabitur

M. MICHAEL BERINGER,
Vlbachensis.



T V B I N G E
Typis Georgij Gruppenbachij,
M. D. X C V I.

T



ANTIQUA GENERIS
NOBILITATE,
VIRTUTE PRAECLARA, ET ERV-
DITIONE MULTIPlici PRAE-
STANTISSIMO IV-
VENI,

HERMANNO SALBVR-
GERO IN MICHPERG.

*Suo quondam Discipulo obedientissimo
& gratissimo,*

GRATI ANIMI ET AMO-
ris ergo, has Theses offert ac
dedicat

Respondens.



I.

IN DISPUTATIONEM
IURIDICAM.

M. MICHAELIS BERINGERI,

VIRI EXIMIA PIETATE,
DOCTRINA, VARIAQUE VIRTUTE
Præstantissimi; Illustrissimi Principis, ac Domini D. IOANNIS FRIDERICI
Ducis Vvürtembergici, ac Teccij; Comitis Montis Belgarum, &c. pro-tempore
Academiae Tubingensis RECTORIS Magnificentissimi,
Præceptoris fidelissimi; Amici sui
colendi.

M. ERHARDVS CELLIVS,

Poët. & Histor. in eadem Academia Professor.



QUI in hunc oculos figatq; legatq; libellum,
Tractantem sacra Themata IUSTICIÆ:
Atq; BERINGERI mox cernat nomen in ipso
Limine; sit tacita voluere mente queat;
Sic né BERINGERVS, SCRIPTVRÆ dogmata sanctæ
Qui magno studij parta labore tenet;

Qui tenet Hebraica sollers mysteria lingua;
Et facere in sacris verba diserta locis;
Ardua nunc Iuris tractat multiplicis Arma?
Huius & hac gnarus dat documenta rei?
Ecquid habet causa? sacram mutare palastram?
Et cum ciuili munia sancta foro?
Fortè supercilio quia Theologia superbo
Spernitur; ac humili cogitur ire pede?
At celso graditur Iurisprudencia passu;
Et decus, & magnas hac coaceruat opes?
Causa BERINGERVM non hac inidonea mouit:
Qua fuit huic ratio, prorsus honesta fuit.
En, non absq; DEO, studij, vitæq; regenda
Principis illius dux datus ille fuit;
Qui quondam, cælo FRIDERICO Patre recepto,
Tecciaci fuerit DVX, Dominusq; soli,
Ergo BERINGERVS, pralustri munere, Spartam
Nactus, adornandam censuit esse sibi.

R 2

Hinc



Hinc totum studijs se **P R I N C I P I S** huius adaptat.
 Officium quavis parte tuendo suum.
 Haëtenus ingenuis hunc instruit artibus, atq;
 Vera comprimis religione colit.
 (Tot loca sacra tenet, tot **D V X** hic reddere Psalmos;
 Res sit ut in tanto suspicienda Duce.)
 Ethica prater ea docet hunc; & Physica; paulò
 Pòst etiam Iuris grande docebit iter.
 Ut, sacra qui nôrit; Sophia qui nôrit & artes;
 Idem Iusticia nôrit & ille modum.
 Nam Sacrosancta parens est Theologia forensis
 Iustitia; hac columen forte, sed illa basis.
 Ergo **B E R I N G E R V S** Themidis penetrabile subiuit:
 Iuraq; miranda sedulitate studet.
 Nec studium caret hoc laudabile fructibus; ut qua,
 Tradere vult Domino sic sciat ipse prior.
 Sic Domini studium mutavit nomine, dignum
 Laude quis hunc omni non putet esse virum?
 Maëte nouo studio **P R Æ C E P T O R** clare fauorem
 Es Patris, es Nati dignus habere Ducum.
 Qui te, seu studijs scandas fastigia sancti:
 (Nam bene iam dudum sacra secare tenes.)
 Ardua siue petas utriusq; cacumina Iuris;
 (Qua fore confido te statione parem.)
 Vtiliter rebus poterunt in grandibus uti;
 Largiter & meritis te cumulare suis.

DISPV.

DISPUTATIO OCTAVA.

Ratio Ordinis.

Quoniam haftenus est ostensum, qualiter de Iure gentium dominia rerum consequamur: iam ordinis ratio exigit, ut dicamus, quibus modis de Iure ciuili dominium nobis acquiramus. Hos autem vel vniuersales; ut Hereditatem, Bonorum possessionem, Arrogationem & Additionem: aut singulares; ut Vsucapionem, Donationem, Legatum & Fidei commissum esse constat. Nos hinc de Vsucapione & Donatione agemus.

T H E S I S I.

VSUCAPIO NOMEN HABET EX EO, quod solo vsu, hoc est possessione RES, gratis, & absq; precio capitur, hoc est, acquiritur, (a) & in genere, tam ad res corporales quam incorporales, vel mobiles ac immobiles pertinet: (b) Atq; in eo tantum a praescriptione differt; quod haec plerumq; in Iure exceptionem, illa acquisitionem, significet. (c) Ideo Iure ciuili introducta, (d) ne dominia rerum in incerto sint, & litium finis hac ratione fiat, fauore, bona fide vsucapientis, & odio negligentis res suas. (e)

a) l. 13. 29. 44. §. 7. l. 3. l. 25. ff. h. l. aliud 71. l. cepisse 140. de verb. sig. l. pratoris 5. de dam. infect. l. emptor. 4. l. qui fundum 7. §. 1. pro Empt. Hotom. h. (b) l. vnic. C. de vsucap. transform. vbi Cuiac. olim Vsucapio erat rerum corporaliu, tam mobiliu quam immobiliu Italicarum l. 21. h. l. 43. de acquir. rer. dom. l. vnc. C. de vsucap. transfor. l. 39. h. Vlp. frag. tit. 19. vbi Cuiac. Praescriptio erat immobiliu duntaxat, & corporaliu in solo prouinciali, siue in rebus nec mancipi, ut praedijs stipendiarijs. in pr. h. & supra in §. per traditionem de rer. diuis. vbi Theoph. Et Interp. vide omnino Sigon. de antiq. Iure Roman. Donellus commen. 4. Cuiac ad Paulum sent. lib. 5. sent. 2. & Parat. C. de vsucap. transfor. Cont. 1. disput. 10. Ratio. quia hodie non tantum, qui in Italia, sed omnes qui in orbe Romano degunt, eodem Iure censentur, hoc est, ciues Romani sunt l. in orbe de statu hom. Et et si DD. Vsucapionis verboseres mobiles, praescriptionis im-

DISPUTATIO OCTAVA.

mobiles complecti asserant, tamen falluntur. Primò, quia haec omnes indistincta in iure
 usucapi dicuntur l. non solum 33. §. si Dominus §. si mihi l. furtum 37. com. 2. ll. seqq.
 l. 13. l. 17. l. 26. l. unica C. de usucap. transform. l. qui fundum 7. §. servus
 & §. qui bona pro Emtor. §. 1. Inst. de usucap. Secundò quia prescriptio etiam ad res mo-
 biles pertinet. d. l. unica, vide Coras. lib. 6. cap. 20. Miscell. (c) arg. tit. ff. & C. de ex-
 cept. & prescript. prescriptio est exceptio l. pen. & ult. C. de excep. unde Tertull. lib. de
 prescrip. olim differebat Usucapio & longi temporis prescriptio. Usucapione querebatur
 dominium, longi temporis possessione, prescriptio. Unde quia longi temporis possessionis
 effectus erat prescriptio, siue exceptio promiscuè usi sunt his vocabulis. Usucapio erat ci-
 uilis, possessio pratoria, l. 3. h. l. trad. C. de pact. l. 23. in rem de rei vend. Cuiac. in Par. de
 prescript. long. temp. & in l. 4. §. libertatem h. Donell. 5. com. l. pen. & ult. C. de excep.
 Rauard. pro trib. cap. 10. Coras. lib. 6. Miscell. c. 20. Oldend. in tract. de usucap. Hodie
 longi temporis prescriptione aut possessione etiam acquiritur dominium, & nihil ab
 Usucapione differt per iam allegat. In hoc vero Rauard. in Tribun. labi videtur, qui
 putat temporis distinctionem non esse à Iustin. sed pratore. contra aperta verba Vlpian.
 tit. 19. Et Paul. lib. 4. sentent. tit. 6. l. penult. C. de usuf. Et l. pen. C. de seruit. (d) ll. 12
 tab. Vlp. in frag. lib. 19. ubi Cuiac. & Gotof. Ex quo interpretes communiter usucapio-
 nem ll. 12. tab. inuentam esse putant. Francis. Balb. h. in princ. quast. 4. falluntur. Nam
 nota fuit Usucapio apud Gracos longè antè ll. 12. tab. Plato lib. de ll. Et Isocrat. in Ar-
 chid. unde putamus originem usucap. Gracis quidem at incrementum Romanis ac-
 cepto ferendum tot. tit. de usur. & usucap. cum tit. seqq. tot. tit. Inst. Et C. de usucap.
 transf. vide Hot. Et Bald. h. in ll. 12. tab. (e) l. 1. h. in princ. Inst. h. ubi Hot. & Vvesf.
 l. ult. pro suo arg. l. 7. C. de prescrip. 30. annorum Donell. d. l. cap. 30. Vac. 1. declar. 28.
 Couar. c. pos. §. unic. part. 1. relect. n. 61. et part. 3. in princ. vide tamen Alciat. in l. quin-
 que pedum n. 8. C. fin. reg.

I I.

Et est **U S U C A P I O** adiectio dominij per continuationem
 possessionis temporis lege definiti.

*l. 3. h. ubi Æmil. Ferret. Cuiac. Duar. vide Forner. lib. 2. select. 17. Cont. 1. disp. 10.
 & 12. & Cuiac. ad Vlp. tit. 19. quem refellit Fornerius. Couar. ind. c. part. 1. select. n. 1.
 Isidorus lib. 5. Orig.*

I I I.

Usucapiendi conditionem tribuunt omnes, qui alijs rem
 alienam quacunque fide tradunt; quia usucapiendi ius non ex
 persona tradentis transfertur, sed in bona fide & titulo acci-
 pientis fundatur, ac in eius persona orditur. (a) Usucapere ve-
 rò possunt omnes siue patresfamil. siue filij famil. existant, qui
 possidere possunt. (b)

a) *l. clauibus 70. de contrah. emt. l. pratoris 1. de damno infect. ubi glossa & DD.
 arg. l. sed et si res 7. §. prator ait de public. in rem act. (b) l. 4. §. 1. l. sine 25. h. l. 32. §. 2.
 de adquir.*

de acquir. pos. l. 22. (ubi Cuiac.) l. 2. §. 9. ubi Cuiac. pro Emt. l. 8. h. l. 2. pro solut. Duar. h. c. 4. Azō de vsucap. pro emp. h.

I I I I.

Vt autem Vsucapio siue præscriptio procedat, & effectum sortiatur; quinque ad eam necessaria sunt requisita. I. Res apta; II. Possessio. III. Bonafides. IIII. Titulus. V. Tempus legitimum.

Per ea, quæ iam explicantur.

V.

Iam ad primum requisitum, *rem aptam*, quod attinet; Hodie discrimine rerum & prædiorum, (a) sublato, omnes tam corporales quàm incorporales tam mobiles quàm soli res, quæ in possessione aut dominio nostro esse queunt, aptæ existunt & vsucapi possunt, (b) nisi quæ prohibentur.

a) Iure veteri alia res fuerunt *mancipi*, alia nec *mancipi*. Mancipi fuerunt prædia Italica & eorum iura, item serui & quadrupedes, quæ dorso collouè domantur, ut equi asini, boues. Vlp. in frag. tit. 19. ubi Cuiac. & Charn. uniones & res quæ auro veniunt Cuiac. in Parat. C. de vsucap. transf. Sigon. de antiq. Iur. Rom. li. 1. c. 11. et lib. 1. de iudicijs cap. 4. Boetius in top. Cic. sic dicta, quia ex iure Quiritium ab alienari & in alterius dominium, nexu vel cessione solennitate in iure transferri potuerunt. Nec mancipi, res cetera, ut fera bestia licet domita sint, aues caprae suæ. omnesq; res auro infra, & deniq; prædia prouincialia (alia erant prædia Italica mancipi, arg. §. per trad. sup. de rer. diuis. & princ. h. Bris. d. loco) quæ capta aliqua prouincia pop. Rom. in publicum redigebat & dominium sibi reseruando, usum & possessionem prouincialibus certo attributo vectigali siue stipendio relinquebat, unde propriè dicebantur possessiones, stipendiaria aut tributaria prædia. Vlp. d. t. 19. ubi Cuiac. Sig. d. l. & Boet. Interpp. in d. §. per trad. L. ius lib. 3. in fine. Cic. 3. accus. in verrem. vide disp. 5. thes. 28. & l. questio 115. de verb. sig. Bris. lib. 4. antiq. 1. Agennus Urb. lib. 1. de lim. agrorum. Nec mancipi dicta, quia superioribus modis non transferebantur, et translatis, adquirebatur dominium non Quiritarium, ut in mancipi, sed bonitariū. Vlp. d. loco Cuiac. in d. l. vnc C. de vsuc. transf. Vsucapio itaq; procedebat olim in omnib. rebus præter prouinciales res soli, quia dominium erat populi Romani, vide Cont. disp. 12. Cuiac. d. loco, & Boet. in topicis ex Caio. l. C. Hac ad mentem in princ. hic traditarum ab Imperatore. (b) princip. Inst. h. Vlp. d. t. d. l. vnc. C. de vsucap. l. vlt. C. de pres. longi temp. l. 2. & penult. C. de seruit. l. 16. §. 1. C. de vsuf. Hoc tamen discriminis hic notandum; Inter corpora (de quibus disputationes thes. 75.) continuata, deiuncta siue discreta, & concreta; quæ illius generis sunt, quia semper cum suo toto considerantur, omnes partes cum suo toto nos vsucapere. l. in rem 23. §. item quacunq; de rer. diuis. l. rerum mixtura 30. ubi Gribal. h. argumento d. l. eum qui 23. in fine hic. Quæ istius: totum collectiuum in concreto nequam sed singula indiuidua per se vsucapere. d. l. rer. mix. §. de 3. h. d. l. in rem §. item. l. si clarus 79. de leg. 3. Quæ huius; vsucapto toto non statim singulas res, quæ ei cohærent, vsucapit as

usucaptas intelligi; quia qui domum, nauem, &c. possidet, aut usucapit, non statim & simul, tigna, tabulas, domus vel nauis, ex quibus componitur possidet aut usucapit, d. l. rerum mixtura l. eum qui & ibi Cuiac.

V I.

Prohibentur primùm res nominatim lege vel constitutione prohibitæ, vt sunt res vitiosæ: res scil. furtiuæ, (a) res vi possessæ, (b) nisi vitio purgato in domini potestatem reuersæ fuerunt, (c) & res fisci iam denunciatae, (d) res præfidi contra L. Iuliam repetund. donatae, (e) res principis, (f) Ecclesiæ, (g) pupillares, (h) minorum, (i) dotales, (k) res meræ facultatis, (l) & aliæ. (m)

a) §. furtiua hic. l. 4. §. 6. l. 33. eodem l. Atinia, de qua Gell. lib. 17. cap. 7. l. 7. §. 3. pro Emt. cõfirmavit leg. 12. tabularũ. (b) d. §. furtiua, propter leg. Iul. Plau. d. l. 4. §. 21. h. l. vlt. vi bonor. rap. arg. l. 33. §. 2. h. (c) Hac exceptio à lege Atinia est l. 4. §. quod autem dicit. d. l. 33. l. vlt. h. l. qui fund. §. vlt. pro Emt. §. aliquando h. Cuiac. lib. 12. obs. 3. Donell. d. l. 28. (d) §. res fisci h. l. 2. C. com. de usucap. l. 18. l. 24. cum similibus h. l. 4. C. de præscrip. 3. & 40. Et hæc denunciatio nihil aliud est, quam bonorum vacantium aut caducorum, aut alijs ex causis in fiscum cadentium, Procuratori fisci facta delatio. l. 1. l. 43. de Iure fisci. (e) d. l. 48. vers. nec interest de acquir. rer. dom. l. 8. ad l. Iul. repet. argument. Nouell. s. in princ. §. cogit. vers. est quoq; hoc. (f) toto tit. C. ne rei dom. vel temp. vind. (g) l. antep. C. de sacros. eccles. (h) d. l. 4. §. si pup. ubi Cuiac. hic. l. 10. quemad. seruitus amittatur. l. 3. C. de præscrip. 30. ann. l. vlt. pro emptore. Myns. cons. 100. Cuiac. lib. 24. cap. 14. vide Robert. lib. 1. anim. 24. (i) Myns. 3. decade. resp. 23. Vult. lib. 1. Iurisprud. 71. (k) l. 4. l. 16. de fundo dot. d. l. 48. bonæ fidei. Cuiac. 14. obs. 9. (l) l. viam pub. 2. ubi glossa Bart. & DD. de viapub. Cuiac. Parat. C. de præscrip. 30. annorum. Gail. lib. 2. obs. 18. Myns. respon. 31. Nisi prohibitioni interpositæ, is qui meram facultatem habuit, acquieuit: verbi gratia, si quis per longissimum tempus iuit ad molendum, in tuo molindino, propter hoc non potes porro illum compellere: vt in tuo molat, quia in mera eius facultate erat, & potestate in tuo molere. Sed si interueniat prohibitio, si scil. in alio molindino moliturus, à te fuerit prohibitus, & ille prohibitioni acquieuit per tempus ll. definitum, tum acquiritur tibi ius, istum cogendi vt in tuo molat, vide DD. in l. luminibus de seruit. præd. urb. Baldus in 4. parte 5. part. princ. quest. 4. & 5. (m) de seruit. dictum disp. præced. de alijs Baldus in 1. p. 6. et vlt. p. princ. Myns. obs. 16. cent. 1. Gail. lib. 2. obs. 18. Schurpf. cons. 10. cent. 1. Vasquius lib. 1. quest. cap. 83. &c.

V I I.

Deinde res hominum commercio exemptæ, vt sunt res sacræ, liber homo, religiosæ, &c.

§. sed aliquando h. l. 9. h. t. 30. §. 1. de acquir. pos. Cyn. l. vlt. C. de præscrip. l. 6. C. de ingenuis.

Deinde

Deinde sine possessione quæ proxima vsucapionis causa, (a) & requisitum est, nulla procedit vsucapio. (b) Itaque ad eam requiritur, vt non solum quis suo nomine, (nam alieno nomine, vt Vassallus, conductor, emphiteuta, & omnis superficiarius, creditor pignoris, &c. possidens non vsucapit,) (b) rem possideat, (c) sed etiam necesse est, vt possessio illa sit continua, non interrupta. (d)

a) l. 25. h. Alciat. in rub. de acquir. pos. c. sine pos. extra de reg. iure in 6. Et ibi Dyn. d. l. vnic. C. de vsucap. transform. (b) l. 13. h. l. 52. de acquir. pos. l. 2. C. de prescrip. 30. vel 40. annorum. (c) d. l. 2. C. de prescrip. 30. vel 40. annorum, & quidem ciuilitet et naturaliter simul, aut saltem ciuilitet, non verò naturaliter. Nam vt procedat vsucapio, possessio iusta esse debet; iusta aut possessio est ciuilis, ad quam sex necessaria sunt. Corpus, Animus, res vacua, Titulus, bonafides, et traditio domini seu possessoris voluntate facta. Priora tria cõmunia sunt cū naturali possessione, quia in ista amplius nihil requiritur, quàm apprehensio rei siue corporis Vacui cum animo habendi. Et quo ad possessionis summam; iusta equidem possessio ab iniusta nihil differt. At vt possessio iusta sit siue Ciuilis, et vsucapienti proffit, requiruntur etiã reliqua tria. Titulus nimirum, Bonafides & traditio. l. 1. 3. 25. h. l. 3. §. gerere de acquir. pos. l. 10. 27. h. l. 1. C. comm. de Vsucapio. DD. in l. clàm 6. §. 1. de acquir. pos. l. penult. C. de prescrip. 30. annor. Bartolus in l. 1. de acquir. pos. Couar. p. 2. velle. p. tit. 7. (d) §. diutina §. nouissimè h. d. l. 4. §. 15. eod. d. l. 2. C. de prescrip. long. temp. d. l. 3. h. l. posses. 20. eod.

IX.

Continua possessio dicitur, non solum quæ penes vnum atque eundem sine alio possessore inter medio semper est; verum etiam quæ ab vno ad alium legitimè translata fuit. (a) Solent enim coniungi possessores, sicut & tempora auctorum & successorum, tam vniuersalium quàm singularum; vt venditoris & emtoris, defuncti & heredis, donatoris & donatarij. (b) Ita vt successor vniuersalis inspecto initio rem ab alio præscribi bonafide cæptam præscribere pergat; & auctoris possessio ad vsucapiendam ei proficiat: sicut e contra auctoris sui malafides ei adeo noceat, vt tempore auctoris in vsucapiendo uti non possit. (c) In singulari vero successore, (d) & in auctore & successore, vt possessio auctoris continuetur in successorem, eiq; in vsucapiendo proffit, bonafides exigitur.

a) l. possessio

a) *l. possessio 20. cum simil. h. Oldendorp. in tractat. de usucap. & prescrip. Vlp. tit. 19. §. 8. ubi Cuiac. & in l. 6. h. l. 2. l. 20. h. l. pen. pro Emt. d. l. 14. ubi Cuiac. Donell. supra com. 20. Quod verò Cuiac. & eum secutus Vves. putant accessionem siue continuationem temporis, olim tantum in rebus soli locum habuisse. Et in rebus mobilibus primum Iustinianum per suam constitutionem introduxisse, argumento §. diutina in verbo. quod nostra constitutio & §. 14. h. t. non placet. Olim enim recepta fuit, in rebus tam soli, quam mobilibus. l. 13. Pomp. de acquir. pos. l. penult. §. 1. & seq. de diu. & temp. prescrip. ubi fit mentio rei mobilis, imò toto Iure hac distinctio non reperitur. Nec obstat. §. diutina ubi tantum Imp. h. introduxit aut potius sustulit differentiã inter res mobiles & soli, quod ad malam fidem heredis. l. 1. C. de usucap. transform. Olim in rebus mobilibus mala fides heredi suo nocebat, in rebus soli non nocebat. (b) per iam not. d. §. diutina §. inter vendito. h. (c) d. l. 20. l. 31. h. l. 23. de acquir. pos. l. 2. §. 17. pro Emt. l. 3. pro hered. l. 11. C. de acquir. pos. l. ult. C. com. de usus. l. 15. ubi Cuiac. h. Balbus 2. part. 3. part. prim. quest. 12. (d) l. 32. §. 1. de seruit. urb. l. 14. h. ubi DD. Cuiac. & Donell. d. l. Myns. conf. 19. l. 2. §. si eam pro Empt. l. 13. §. 1. de acquir. pos.*

X.

Interrumpitur enim possessio aut potius usucapio, cum vsurpatur & interpellatur, & quasi in nihilum redigitur, ut rursum priore nihil conducente, noua inchoanda sit. (a) Id fit dupliciter. Naturaliter, & ciuilitur. (b) Naturaliter quando, vel naturæ vel hominis factò usucapio eiusque possessio interrumpitur & interuertitur. (c) Naturæ factò, ut si res quæ possidetur à flumine occupetur. Personæ, quando locus, qui usucapitur fit religiosus, quando quis vi de possessione deijcitur, vel res mobilis eripitur. Ciuilitur; quando non naturæ vel hominis factò, sed fictione, subtilitate & auctoritate Iuris possessio interuertitur, quod fit in Ius vocatione siue Citatione (d) & Litis contestatione. (e) Imò etiam alia extraiudiciali denunciatione testato facta. Et deniq; Iure pontificio quocunq; tempore superuenit mala fides. (f)

a) l. 10. C. de acquir. pos. l. 2. §. 5. h. Panorm. Innocent. Felin. in c. transmissa de prescrip. Myns. resp. 11. l. si ades 31. §. libertas. & ibi Baldus de seruit. urb. prad. (b) glossa in l. cum notissimi 7. §. sed & si quis in verbo Innouata. C. de prescrip. 30. annorum l. pen. C. ne de stat. defunctorum. l. 1. C. de long. temp. prescrip. (c) Charond. verisim. lib. 3. cap. 6. l. qui vniuersos 30. §. 1. Item quod mari de acquir. pos. arg. l. 25. h. d. l. 4. §. h. Conan. 3. com. 14. n. 12. l. naturaliter 5. h. l. 3. §. 1. & 2. de acquir. pos. tot. tit. pro derelicto. Interuertitur quoque possessio naturaliter, si possessor ab hostibus capiatur. l. si is qui pro Emt. d. l. qui vniuersas. §. item quod, &c. (d) l. 10. C. de acquir. pos. l.

DISPUTATIO OCTAVA.

pos. l. mora litis 26. C. de rei vind. l. 7. C. de prescrip. 30. annorum Conan. 3. com. 14. n. 8. vide Nouell. 119. §. ultra Gail. lib. 1. obser. 74. Vvurms. 1. obser. 8. & 10. olim litis contestatio vsucapionē non interrumpēbat. l. 2. §. ult. pro Emt. l. si post acceptā 18. de rei vind. l. 48. de adqr. pos. l. 4. §. de ille. h. Charond. d. libr. 3. cap. 6. quia cū continuatio possessionis vsucapionem perficiat, non potest ea interuerti nisi factō aliquo. Et etsi litis contestatio possessorem in mala fide constituit. l. 28. §. sed de pet. hered. tamen quia mala fides superueniens non potest mutare causam possessionis, etiam non interrumpēbat possessionem, cū nemo sibi cogitatione causam possessionis mutare possit. Et ita nec ex noua causa vsucapere videtur. Vide omnino Charond. d. libr. 3. veris. c. 6. (c) l. 2. C. de annal. excep. l. si autem 3. l. cum notissimi 7. C. de prescrip. 30. annorum. (f) l. ult. C. de prescript.

X I.

Tertiò vt possessio sit iusta & vsucapio procedat, requiritur titulus, (a) qui nihil aliud est quàm legitima (b) & ad dominium transferendum idonea ac habilis (c) possessionis causa.

a) in princ. h. l. celsus 27. h. l. nullo. 40. C. de rei vind. d. l. vnic. C. de vsucap. transfor. Couar. in d. cap. possessor 2. part. §. 5. in pr. (b) nam si vi vel alio illegitimo tit. rem consequor nullum titulum habeo, nec possessionem iustam adquire. l. ult. 23. de rei vindic. (c) non satis est habere iustum siue legitimum titulum, sed etiam exigitur, vt sit habilis ad transferendum dominium. l. 1. & seq. de publici. l. 4. C. de prescrip. long. temp. prescrip. siue sit generalis, vt titulus pro suo; siue specialis, vt tit. emtionis Donationis, & c. de quibus l. 3. §. genera de adquir. l. clauibus 74. de contrah. empt. Et à tit. de vsucap. vsq; ad titulum libr. 41. l. 1. 2. tot. tit. pro suo. vnde et si pignoratitia, & Precaria possessio iusta & legitima dicatur l. quacunq; 13. §. 1. de public. in rem. Tamen quia ad translationem dominij est inutilis, cum vterq; sciat rem ad alium pertinere, & se eam alieno tantum nomine non suo possidere. l. 2. C. de pres. 30. annorum. l. cum heres 11. de diuersis & temp. prescrip. sequitur vt ad vsucapionem nihil proficiat. d. l. 13. 52. de acquirenda pos.

X I I.

Nec interest titulus hic onerosus sit, an lucratiuus, verus siue putatiuus iusto errore interueniente.

l. 11. pro. Emt. Felin. in c. si diligenti de prescript. Couar. d. p. 2. relect. §. 7.

X I I I.

Et hoc quidem requisitum de titulo locum obtinet in prescriptione triennali, decennali & vicennali. (a) At in tricennali, & quadraginta annorum, item tanti temporis cuius initij memoria non exstat, vt & seruitutum prædialium prescriptione titulus non requiritur. (b)

v 2

a) l. diuiti-

a) *l. diutina 4. l. super longi 11. C. de praescrip. longi temp. d. §. 1. h. & per iam adduct.* (b) *l. 3. 4. 8. de praescript. 30. vel 40. annorum cap. ult. extra de praescript. c. 1. de praescrip. in 6. l. hoc iure 3. §. ductus aqua de aqua quot. l. si quis 10. ubi DD. si seruit. vindicetur. Couarr. 1. Resolut. 17. Mynsing. 1. obser. 30. Balb. in part. 2. 4. part. princ. quast. 2. de seruitut. vide disput. praecedent. 2. thesin. 28. 29. & seqq.*

XIIII.

Præterea opus est Bona fide, quæ in eo consistit, ut possessor verisimili ratione ductus credat eum fuisse dominum, vel saltem Ius distrahendi aut alienandi habuisse, à quo sine fraude rem consequutus est.

§. 1. Inst. h. l. unic. C. de vsucap. transform. l. bona fidei 110. de verbor. sig. ubi Alciat. arg. l. si fraude. C. de praescript. long. temp. c. qui contra de Reg. Iuris in 6.

XV.

Et sufficit in præscriptione seu vsucapione ab initio tempore traditionis interuenisse. (a) Nam mala fides postea superueniens, cœptam vsucapionem non interrumpit Iure civili, (b) licet Iure Canonum ista omni tempore vsque ad completam præscriptionem requiratur. (c)

a) *l. unica §. hic C. de vsucap. transf. Nouell. 119. c. 1. l. 48. §. 1. de acquir. rer. dom. l. 15. §. ult. h. l. penult. pro Emp.* (b) *d. l. unica §. hoc tantummodo. C. de vsucap. transform. l. 4. §. 16. l. 27. ubi Cuiac. h.* (c) *per notat. Gail. 2. obser. 18. Mynsing. 4. obs. 6. Couarr. in c. possessor. 2. part. relect. §. 8. n. 4.*

XVI.

In emptione tamen hoc singulare est; quòd non tam tempore traditionis, quàm contractus bona fides adesse debeat. Hoc est, debet possessor rem & bona fide emisse, & possessionem bona fide adeptus esse.

l. 2. §. 1. pro Emptore. l. si alienares. 10. h. l. si existimans pro solut.

XVII.

At quaritur an in omni præscriptione bona fides sit necessaria? Et distinguendum est: in præscriptione quidem longi temporis, necessariam esse utroq; Iure. (a) In præscriptione verò longissimi, itemque tanti temporis, cuius memoria non exstat, non requiri de Iure Civili; (b) At verò Canonico,

nico, quod regulariter in omni bonam fidem exposcit. (c)

a) §. 1. l. 2. 6. 9. C. de praescrip. long. temp. d. l. unica. C. de usucap. transform. c. ult. extra de praescrip. (b) d. c. possessor ubi Couarr. d. l. Et c. ult. extra de praescrip. ubi eleg. Felin. Pinell. in Auth. nisi C. de bon. mater. n. 12. Mysing. d. l. (c) l. sicut. 3. l. omnes 4. l. si quis 8. C. de praes. 30. vel 40. annorum. Nouella 119. cap. 7. Mysing. 4. obs. 6. Gail. 2. obser. 21.

XVIIII.

Postremò non sufficit rem bona fide ac titulo esse possessam, sed desideratur quoq; vt sit possessa per tempus legibus definitum, adeò vt si vel vna dies desit, nihil omnino praecedentis temporis possessio conducatur.

l. 3. l. possessio 20. l. nunquam 31. §. 1. l. 2. C. de praescript. long. temp. l. sed et si 26. §. quoties. Ex quibus causis maior.

XX.

Hoc tempus legibus definitum, quia varium existit, inde factum, vt & varia praescriptionum genera siue species existant. (a) Alia enim est praescriptio triennalis, qua vtroq; iure usucapiuntur res mobiles, siue sint priuatorum, siue Ecclesiae. (b) Alia quadriennalis, qua contra fiscum bona vacantia denunciata, nec legitimo tempore occupata, & fiscus contra dominum rei, quam tertius à fisco accepit, praescribuntur. (c)

a) vide Hostiens. in summa extra de praescript. Oldendorp. de usucap. Cuiac. de temp. praescript. (b) §. 1. h. d. l. unica C. de usucap. transfor. Auth. quas actiones C. de sacros. Ecclesijs. (c) §. ult. h. l. 3. & tot. tit. C. de quadr. praescrip. l. intra 10. de diuersis & tempor. praescript.

XXI.

Alia decennalis, qua res corporales, immobiles & harum exemplo seruitutes usucapimus contra praesentes; (a) quos accipimus, qui in eadem sunt prouincia, praefectura, vel qui eundem habent iudicem. (b) Alia vicennalis, qua res immobiles contra absentes, & actiones reales, ac criminales, nisi quibus maiora, aut minora tempora legibus definita sunt, (c) praescribuntur. (d) Et dicitur haec in iure praescripto longi temporis. (e)

7 8

a) §. 1.

a) §.1. Inst. h. d. l. unica. C. de usucap. transf. l. ult. C. de prescrip. long. temp. l. 2. C. de seruit. & aqua. vide supra disput. preced. de seruit. thesin. 28. & seqq. l. 7. C. quibus non obijcitur. (b) glos. & DD. in l. ult. C. de prescrip. lon. tem. Bnd&us in l. si in aliam 7. de off. Procons. l. unic. C. de usucap. transf. vide l. 117. de us. ubi Interpp. Cuiac. 7. obser. 37. (c) ut iniuriarum, doli, & c. l. 5. C. de iniurijs. l. ult. C. de dol. l. 5. C. ad l. Iul. de adulterijs vide Mynsingerum 4. obser. 35. v. l. 6. C. de prescrip. 30. annorum et Schneid. t. h. n. 44. (d) DD. Et glossa in l. quarata C. ad l. Corn. de fals. (e) tot. tit. & rubrica C. de longi temp. prescrip.

X X I.

Alia vero tricennalis, quæ & longissimi temporis dicitur, præscribens res immobiles, & actiones personales. (a) Alia quadragenalis, quæ attribuitur actionibus, quæ Ecclesijs, excepta Romana, & pijs locis in rebus immobilibus, corporalibus, & incorporalibus, competunt, omnibus item actionibus quæ triginta annorum curriculo non extinguuntur, ut actio Hypothecaria, & quæ per litis contestationem sunt perpetuæ. (b)

a) l. si quis 8. & tot. tit. de prescrip. 3. annor. l. 30. C. eod. l. 5. C. quibus non ob long. temp. vide Cuiac. obser. 18. c. 26. & in Paratit. C. de prescrip. 30. annorum. (b) l. ult. C. de prescrip. 30. vel 40. annorum Auth. quas actiones. C. de sacros. Ecclesijs Cuiac. 18. obser. 27. d. loco. in Parat. & l. 4. in fin. de usucap. c. ad aures extra de prescrip. c. illud eodem.

X X I I.

Alia deniq; centenaria præscriptio, quæ & immemoralis appellatur, & currit contra Ecclesiam Romanam; ac res omnes ciuitatum. Hac etiam regalia, & ea quæ non possunt nisi ex priuilegio competere, præscribuntur.

l. 23. C. de sacros. Ecclesijs Nouell. 9. c. cum nobis de prescrip. l. ult. C. de sacros. Eccles. l. 6. de prescrip. 30. annorum. l. 2. §. ductus de aq. quotid. & æstiuæ. Myn. 4. obser. 53. & 5. obser. 29. Canonist. in c. 1. de prescrip. in 6. Felinus in d. c. cum nobis in pr. de prescrip. Couar. 2. part. relect. §. 3.

X X I I I.

Harum autem diuersarum præscriptionum tempus ita initur, ut non à momento ad momentum, hoc est, ab hora ad horam, sed totus dies postremus computetur; hoc est, postremum totum diem pro momento temporis accipimus, ut qui illam attigerit, is usucepisse vel præscripsisse dicatur.

Lin Vsucap.

DISPUTATIO OCTAVA.

13

l. in usucapionibus. ubi Cuiacius. l. 134. de verb. sign. l. ult. de diuersis & tempo. prescript. Cuiac. d. cap. 1. de diuersis prescriptionibus.

X X I I I.

Effectus usucapionis siue prescriptionis est, quod eâ indistinctè non solum dominium (a) adquiratur; sed & obligationem tollat, (b) & vel actionem, vel exceptionem (c) litis finitæ pariat & producat.

a) *l. 3. h. l. 20. C. de pact. l. 20. ex quibus causis maior. l. 17. de rei vind. Duar. 1. disput. 17. nō habitat ratione dominij utilis vel directi, aut temporis decennialis, vel vicennialis §. 1. h. l. 3. h. d. l. 20. traditionibus C. de pactis. Oldendorpius de prescrip. Contius libr. 1. disput. 12. Couar. d. c. posses. part. 3. in pr. n. 2. Pinel. Auth. nisi tricennale C. de Bon. Matern. (b) l. 4. in fine. de prescriptionibus triginta annorum Bart. in l. ult. §. 1. rem ratam haber. (c) arg. c. 1. de litis contestatione in 6. Kling. de excep. n. 19. arg. l. iustè 11. de acquirenda pos. vide omnino Conan. h. arg. l. 3. h. tit. & l. officium 9. de rei vindicat. §. sed ista de actionibus. l. 4. C. pro Emto. l. 1. C. pro donat. l. 3. in fin. C. de prescript. 30. annorum, & c.*

X X V.

Sequitur DONATIO, quæ est actus, (a) nullo iure cogente factus ad donum in aliquem conferendum. (b) Ad Tit. 7 De Donationibus.

a) loco generis ponitur quia hoc verbum, omnia, quæ quouis modo aguntur continent. *l. labeo 19. de verborum sig. l. actus 8. C. de ferijs. l. actus 77. de reg. iuris. Cont. lib. x. disput. c. 12. Itaq; omnem donationem comprehendit, siue fiat traditione. l. 3. §. 1. de oblig. & act. l. 1. C. de donat; siue pacto nudo l. 15. quo bonis in prin. ad l. Falcid. l. in adibus 9. de donat. §. alia autem donationes. h. l. si quis argentum 35. §. sed siquidem C. de donat; siue pollicitatione. l. hoc iure 19. in princ. de donat. Cuiac. libr. 12. obser. c. 28. Non est contractus, quia contractus fit tractatu quodam habito: Donatio fit sine tractatu sed mera liberalitate. Et hinc est, quod in iure Donatio semper distinguitur à contractu. l. 18. l. 22. de donat. l. 12. de precario l. 14. §. is qui precario de furt. Quamuis interdum, sed improprie dicatur contractus l. 3. C. de fide iustrum. l. penult. C. de prescrip. 30. annorum. Deinde non est contractus Donatio, quando fit pollicitatione, cum pollicitatio à contractu differat. l. 3. de pollic. Neq; etiam quando fit traditione vel pacto, cum aliud sit pactum, aliud contractus l. 7. §. 1. 2. & seqq. de pact. Sed est acquirendi dominij modus, quod ordinis Institutionum ratio clarè euincit. Vt ibi Cuiac. & Hotom. & Vesemb. Et quidem naturalis; si quis donet, & statim tradat, cum donatio eo loci nihil aliud sit, quam dōcis, traditio Cont. d. c. 12. Aristotel. libr. 4. Topic. Et antiquo iure Ciuili, Donatio sine traditione erat umbra donationis. Hotom. conf. 9. n. 29. 30. arg. l. 6. de donat. Ciuilis vero; si non traditione sed verbali sit promissione, siue nuda conuentione ac pacto l. si quis argentum 35. C. de donat. in princ. Inst. h. Cont. d. disp. 12. Garf. Cuiac. Duarenus in l. 7. in princ. de pact. vide tamen Gomez. 2. resolut. 4. Et adquiritur statim dominium, cum promissio adeo pro quasi traditione sit, ut vere tradere donans tanquam rem Donatoris cogatur. l. 35. §. sed siquidem & in fin. C. eod. qui textus bene perpendendus §. 2. h. et. in verb. plenissimè robur. Et §. 3. ibid. Nec obstat quia ex*

qua ex promissione illa detur Condictio Nou. 162. c. 1. vers. et sancimus, at condictiones sunt in personam. Nam Respond. dari quidem condictioem, sed illa Condictio non proprie est in personam, sed utilis actio in Rem Res iam ante donatoris facta, & propter promissionem quasi tradita, tanquam sua restitui petitur. vide Contium d. lib. c. 12. (b) l. r. in princ. l. 29. in princ. h. l. 82. de Reg. Iuris l. inter donum de V. S. l. nudatio hic. Cic. r. offic.

XXVI.

Est duplex Donatio Absoluta & Relata. (a) Absoluta donatio est, qua res sub nulla causa ex mera liberalitate ac munificentia à viuente in accipientem confertur. (b)

a) Illa etiam vera perfecta, propria, directa, simplex, & mera dicitur. Hac minus propria, donatio sub causa, et munus appellatur. l. 1. h. §. 1. Inst. h. l. senatus 35. §. sed non mortis de mortis caus. donat. l. donatio C. de donat. l. cum multa 20. in princ. C. eod. l. illud. 20. §. adhuc de collat. l. 27. h. tot. tit. C. de donat. qua sub. mod. Gedd. ad. l. 18. de verb. sig. (b) d. l. 1. l. 19. §. non potest l. 29. de donat. d. l. 82. de Reg. l. si quis argentum & §. ult. vers. cum. n. in arbitrio C. h.

XXVII.

Donare autem possunt omnes, qui liberam bonorum suorum administrationem habent. (a) Prohibentur itaque donare Infantes, furiosi, mente capiti, pupilli, (b) Tutor, Curator, Administrator, (c) Procurator, (d) qui delinquendi & fraudandi propositum habet, (e) Minor res immobiles, (f) prodigus, (g) mulier res dotales, (h) & denique filius familiars, (i)

a) l. 7. in princ. h. l. 3. §. 8. de donat. inter virum & uxorem. (b) l. 23. §. 1. h. l. 6. de verb. oblig. l. 7. d. tit. l. senatus 16. C. de donat. l. 10. §. 1. de cur fur. ubi DD. l. 23. in fin. ubi glossa h. l. 2. de procur. l. pupillus 11. de acquir. rer. dominio. (c) l. non omni 16. C. de admin. tut. l. 2. §. Ius reipub. ff. eod. arg. l. 2. l. 7. in princ. C. de donat. Tutor tamen principis potest. Alex. Iason & Curt. l. pactum Curatoris 22. C. de pactis. Barb. cap. 1. in princ. de donat. (d) nisi hoc ei mandatum sit. l. in adibus 9. §. penult. de donat. arg. l. 56. de solut. (e) quia quod sit in fraudem legis, ipso Iure corrui l. sed si maritus 14. §. penult. Qui & à quibus manu. l. libertas 16. vers. diuersitatis de Iure pat. vide Coras. in l. post contrac. 15. n. 6. de donat. l. in fraudem 45. de Iure fisci l. donationes 31. §. ult. l. ult. C. ad l. Iul. Maiestatis. (f) l. 2. ut not. Duar. C. si adu. donat. Menoch. cōf. 29. n. 14. (g) l. is cui 6. de verb. oblig. cum luxus amentia sit, ut Cuiac. ibi notat. l. 1. de cur fur. l. his qui 12. in fin. de tutor. & Curator. dat. (h) toto tit. ff. & C. de fundo dotali. At bene possunt bona paraphernalia donare. l. velles 6. ubi Baldus C. de reuocand. donation. l. hac lege 8. C. de pact. con. (i) l. 7. h. l. 28. §. 2. de pact. nisi bona sint castrensia, quia in vicem patris familiars obtinet. l. 3. C. de castrensi pecult. d. l. filiusfamil. 7. §. penult. l. ult. C. qui test. facere. Et in casu Nou. 117. c. 1.

Quia

XXVIII.

Quin imò inter coniuges quoque constante matrimonio, (a) inter patrem ac filium (b) in potestate constitutum, facta donatio absoluta (non relata (c) prohibetur) nisi morte donantis illa sit confirmata. (d)

a) tot. tit. ff. C. de donat. inter virum & uxorem. Ratio in l. 1. ff. h. & l. 2. h. exstat. Plutarchus in praecep. Connubial. Excipiuntur alij quidam casus, de quibus in d. l. 1. Costal. l. sed et si 25. de donat. inter virum & uxorem. l. quod adipiscenda 41. cum duabus ll. seqq. eod. l. si sponsus 1. §. si maritus l. 7. §. ult. l. quod autem §. si maritus l. sed si vir 31. §. penult. & ult. eod. (b) l. 11. C. de donat. l. 17. ubi Baldus eodem l. 25. C. de donat. inter virum & uxorem. Gail. lib. 2. obser. 28. Ratio in l. ult. C. de impub. Et al. substit. l. 1. si à parente fuerit quis manumissus l. placet 79. de acquir. hered. excep. in l. 31. §. pater. t. de donat. Menoch. libr. 3. praesumpt. c. 29. n. 97. Duenn. reg. 223. fallent. 5. Clarus libr. 4. sent. §. donatio quaest. 8. (c) l. 9. §. 2. l. 10. l. 11. h. l. 43. de donat. causa mont. Mynsing. vide 2. obs. 33. Gail. lib. 2. obser. 40. l. 26. ubi DD. C. de donat. inter virum & uxorem. Clar. d. l. 11. 7. (d) d. l. 24. 25. C. h. l. 32. §. 2. h. Gail. libr. 2. obser. 31. Mynsing. d. lib. obser. 33. Gomez. de donat. n. 23. Clarus. d. quaest. 9. n. 6. Et per iam allegata.

XXIX

Donari verò Iure Ciuili potest non solùm amicis, & benemerentibus, sed etiam ignotis & extraneis, honestis & inhonestis personis, praesentibus & absentibus (a) in rem donatam consentientibus eamq; acceptantibus. (b)

a) l. affectionis 5. de donat. l. donationes in concubinam 31. de donat. l. absentis 10. eod. l. 27. h. l. 5. 6. verbo inter absentes C. eod. l. si quis 26. C. h. l. 2. Rem pupilli l. id. 4. §. sed quod meretrici de condic. ob turp. caus. excipitur focaria militis. l. 2. C. de donat. inter virum & uxorem, vide praeterea Hart. pract. obser. tit. 43. obser. 8. (b) l. si verò 8. l. sed et si de bon. libert. Cuiac. 12. obser. 28. conf. 43. 44. sicut ignorans & inuitus non donat. l. nec ignorans C. de donat. l. rem legatam 18. de administ. leg. ita volenti & non acceptanti non acquiritur. l. inuito 69. de Reg. I. Eleganter Lactantius libr. 5. instit. c. 20. Seneca lib. 7. de benef. c. 18. arg. l. si quis in emancipatum 26. C. h. d. l. absentis 10. Excipitur tamen casus l. si quis donauerit 15. C. de sacros. Eccles. vide Cuiac. d. obser. ubi de pollicitatione & tot. tit. de pollicitat.

XXX.

Et donari quidem possunt res omnes tam corporales quàm incorporales, tam mobiles quàm immobiles, in dōantis patrimonio existentes. (a) Nec distinguimus inter partem bonorum & inter omnia seu vniuersa bona, sed & partem bonorum,

X

rum,

rum, & omnia bona seu vniuersa bona, siue sint Iura & actiones, siue præsentia sint, siue futura rectè donari posse affirmamus. (b)

a) *quilibet rei sua moderator. l. in re mandata 21. C. de mand. ubi Cynus, Baldus, Roman. & alij. l. inter. 83. §. sacram. de verb. oblig. (b) l. 2. 9. h. l. 1. 2. 3. 22. C. eod. l. 17. §. 1. qua in fraudem credit. l. 5. de inoff. donat. l. si quis 35. §. sed et si quis, & §. vlt. C. h. l. unquam 8. C. de reuoc. donat. Bonis actiones annumerantur. l. 30. si legatus §. si quis bona ad. S. C. Trebell. l. 1. §. 1. quorum bonorum. l. 20. §. ait senatus de petit. hered. bonorum verbum & præsentia & futura complectitur. l. vlt. C. quæ respign. oblig. non pos. l. 35. §. 4. & 5. C. h. vide Coraf. 6. Miscell. 17. Gail. 2. obser. 11. Vaud. 1. quæst. 31. Vvesemb. conf. 38. n. 52. Fichard. conf. 7. n. 6. Couar. 3. resolut. 12. Hartm. Pistor. quæst. 20. part. 1. dissent. DD. in l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig. & Clarus quæst. 19. d. l.*

XXXI.

Perficitur hæc donatio, cum donator & Donatarius suam voluntatem scriptis aut sine scriptis, (a) idque verbis quibuscunq; aptis, aut litteris manifestarunt, (b) modo donatio non excedat 500. aureos. Nam si donatio simplex in quemcunq; facta (c) 500. solidos superet actis insinuanda est. (d)

a) *scriptura n. non est essentialis requisitum l. 29. 30. C. d. l. 12. C. de fid. instrum. §. alia Inst. h. l. verba C. h. l. fideicommissa 11. de leg. 3. l. 35. C. h. (b) d. §. 2. l. 2. §. 2. h. l. 35. eod. §. per traditionem supra de rer. diuis. vide Cuiac. d. obser. 28. & conf. 43. l. 19. §. 2. h. l. 10. C. eod. Gomez. cap. 4. cap. 9. n. 2. ubi Soarez. (c) d. l. 35. §. vlt. C. h. l. illud 19. C. de S. sanctis Eccles. (d) l. 32. 35. C. h. §. 2. h. ubi Interpp. l. 19. C. de sacros. Eccles. Gail. d. lib. obser. 39. exceptionem vide Sichard. ad l. 34. C. h. Nouella 52. c. 2. et l. 36. C. h. l. 36. in princ. & §. 2. C. d. t. Gail. 2. obser. 40. Vasq. lib. 2. de succes. §. 18. Requis. 29. n. 161. Cuiac. 20. obser. 2.*

XXXII.

Quæ insinuatio nihil aliud esse videtur; quàm factæ donationis quingentos aureos excedentis coram iudice competente, cui scilicet donator vel res donata subiecta est, publicatio, vt in acta (sunt scripturæ, quæ in iudicio coram iudice fiunt, (a) re- lata plenam fidem habeat. (b)

a) *l. illud. 19. in verb. actorum. Et ibi glossa C. de sacros. Eccles. (b) l. in hac 30. l. 32. l. 34. C. h. Menoch. conf. 84. n. 50. Hotom. conf. 72. n. 27. cum seq. de auri vel solidi astimat. vide Hot. de re Num. Gail. lib. 2. cap. 39.*

XXXIII.

Illud tamen sciendum, quòd omiſſa insinuatio non totam

tam donationem vitiat, sed illud duntaxat quod superfluum est, & modum quingentorum aureorum exsuperat.

l. 34. sancimus in princ. & leg. seq. §. sin autem C. h. l. 21. §. 1. h. Nouella 162. c. 1. §. & illud etiam.

XXXIII.

Perfectæ hoc modo donationis simplicis effectus sunt. I. Quòd donator de Euictione rei donatæ non teneatur, nisi sciens, aut dolo rem alienam donauit. (a) II. Quòd donator cogi possit ad rem donatam tradendam. (b) III. Quòd donator ex causa donationis conuentus non in solidum, sed in id tantum, quantum facere potest condemnetur. (c) IIII. Quòd res donata repeti ex pœnitentia nequeat à donatore, nisi legitimis de causis. (d)

a) *l. aristo 18. in fin. de donat. cum lucratiua rei possessor, ab euictionis actione ipsa iuris ratione repellatur. Paul. libr. 5. sentent. libr. 11. l. ad res donatas de adil. edicto. l. si id quod 22. de verb. oblig. alius casus in l. 2. C. de euict. (b) l. 55. vbi DD. communiter C. h. l. 12. ff. eod. Nouell. 162. c. 1. vers. & sancimus §. 2. h. vide Cont. d. l. cap. 12. (c) l. 12. l. 33. h. l. diuus Pius 28. de Reg. I. facere donator posse videtur, quod deducto ære alieno, ne inedia & egestate prematur, commodè facere potest. l. inter eos 19. §. vlt. l. ne liberalitate 50. de rei iud. (d) l. qui alienum 24. h. l. 2. 3. 4. & §. C. de reuoc. don. d. l. 1. in princ. de donat. l. 8. l. 10. C. de reuocand. donat.*

XXXV.

Legitimæ autem causæ sunt tres. Prima est enormis & atrox donatarij ingratitude: (a) quæ in his quinque non pluribus, (b) consistit. I. Si donatarius in donatorem iniurias & violentas manus iniecit. II. Si vitæ periculum inferre, vel insidias struere molitus sit. III. Si atrocibus verbis eum iniuriâ adfecit. IIII. Si graue damnum rebus donatoris intulit. V. Si denique conuentiones in donatione appositas, non impleuit. (c)

a) *d. §. 2. l. 9. 10. vlt. C. de reuocand. donat. l. 17. 18 et 19. de donat. l. si repetendi C. de condict. ob causam. (b) l. vlt. C. de reuocand. donat. siquidem odia & pœnas restringi non ampliari oportet. l. 42. de pan. l. 155. §. vlt. de Reg. Iur. c. odia eod. in 6. vide Schneid. in §. sciendum h. DD. communiter plures adferunt. vide Clar. quæst. 21. Gomef. 2. resol. 4. n. 4. Suar. lit. F. n. 261. Menoch. arbit. quæst. cas. 130. (c) d. l. vlt. C. d. tit. Nouell. 22. cap. 35. vide Donell. lib. 14. c. 27.*

X 2

Alterâ

DISPUTATIO OCTAVA.

XXXVI.

Altera causa est superuenientia seu Natiuitas libero-
rum. (a) Si enim parens liberis orbis, bona omnia vel partem
aliquam alteri donauerit, & postea liberos, tam ex matrimonio
priori aut posteriore, quam legitimatione, & natalium restitu-
tione suscipiat, totum illud quod elargitum fuerit, ad donato-
rem reuertitur. (b)

a) l. s. si unquam C. de reuocand. ubi DD. Tiraq. & Ripa. Cuiac. libr. 20. obser. 5.
Myns. cent. 5. obser. 63. Gomez. d. c. 4. Et quamuis Lex hac loquatur in patrono, tamen
ad quemcunq; donatorem, qui liberos non habet, extendi posse arg. l. 17. de l. l. 12. l. 29.
l. 30. de l. l. 47. solut. mat. l. cum diuus 102. de cond. & demonstr. l. generaliter 6. §. cum
autem 6. C. de Instit. & subst. l. 30. de fideicom. ab aq. uitate non abhorret, cum eadem
ratio in parente militet. licet Donell. in d. l. s. & libr. 14. comment. c. 32. Hotom. i. Ami-
cabil. Resp. 12. & Tiraquell. in d. l. si unquam 8. n. 66. ex iure defendi posse negent per c.
vlt. 17. quæst. 4. (b) arg. l. 148. d. verb. sig. l. 4. d. libr. & posth. l. s. C. eod. de inoff. No-
uella 74. c. 1. vers. liceat & c. 2. in princ. Nouell. 89. c. 3. in fin. & c. 9. §. si igitur ibi; nihil
à legitimis.

XXXVII.

Tertia causa est inofficiosa donatio seu donationis immo-
dica profusio. Si enim parens contra naturæ officium, vni ex li-
beris ultra dodrantem vel ultra bessem aut semissem donauit,
vel totum suum patrimonium in extraneum, impetu quodam
profusæ liberalitatis contulit, potest ea donatio tanquam inof-
ficiosa vsq; ad legitimam reuocari.

l. 1. 4. 5. 7. 8. & passim tot. tit. C. de inoffi. ubi Cuiac. in Paratit. vide & Nouell. 92.
& 3. obser. 14. Bart. in l. Titia 89. §. Imperator de verb. oblig. Gail. lib. 2. obser. 36. et 116.
Auth. unde si parens C. de inoff. test. Donellus lib. 19. c. 11. pag. 314. Couar. 1. resol. 19.
dissentit. Ant. Faber 3. coniect. 17. vide Molin. de inoff. donat. n. 12.

XXXVIII.

Adhuc de propria donatione & absoluta; sequitur de non
propria & relata; qua res aliqua sub causa, modo vel conditio-
ne in alterum donandi animo confertur. (a) Cuius donatio-
nis genera sunt tria. Donatio causa mortis, Donatio contem-
plationem matrimonij facta, vt Sponsalitia largitas, Dos, Donatio
propter nuptias, Morganitica, & Donatio remuneratoria.

a) d. l. 1. l. hoc iure 19. in princ. & §. vlt. l. 27. l. 34. §. 1. h. l. 35. §. sed mortis causa
de mortis causa donat. tot. tit. C. de donat. qua sub. mod. ubi Cuiac. in Parat.

Mortis

XXXIX.

Mortis causa donatio est actus, (a) quo donator mortis (b) suæ (c) metu in alterum præsentem (d) rem (e) aliquam legitimè (f) eo animo confert, vt morte secuta eius fiat. (g)

a) *ultima voluntati similis l. ult. C. de mort. causa donat. & arg. §. 1. h. dissentit Clarus quest. 5. (b) l. scia in prin. de donat. causa mort. §. 1. vbi DD. ff. & C. de donat. causa mort. & non nisi mortis mentione facta præsumitur. l. 24. vbi DD. de donat. causa mortis. Clarus d. §. quest. 4. Vvesemb. conf. 38. vide DD. in l. qua dotis 33. solut. matrim. Menoch. libr. præf. c. 36. & n. 4. (c) l. mortis causa 31. l. inter mortis 38. de mort. caus. don. vbi Cuiac. si quis enim ratione alienæ mortis donat, mortis capio est, & appellatur; quæ latius patet quam mortis causa donatio d. l. 38. l. mortis causa 18. (d) d. l. inter 38. de mort. causa donat. hinc Hot. negat donationem absenti factam mortis causa donationem esse, sed sic commiss. conf. 13. n. 17. per l. miles 75. & l. cum præter. 77. §. donat. de leg. 2. (e) etiam uniuersa hereditas, non quidem iure hereditatis, sed donationis legati vel fideicommissi uniuersalis l. 79. ad S. C. Trebell. l. 22. §. ult. eod. l. 5. §. qui mort. 17. de his quib. vt indignis Vaud. libr. 1. quest. 40. Soarez. lit. F. n. 274. dissentiunt DD. & Schurpf. conf. 69. n. 2. cent. 2. (f) etsi hæc donatio insinuatione non indigeat, tamen quinq; testibus opus ad eam est, cum comparetur ultima voluntati, in qua ad minimum quinq; testes requiruntur. l. ult. C. de mort. causa donat. l. ult. C. de Cad. toll. l. 31. de don. at si nulli testes interuenerunt? requiritur insinuatio si excedat 500. aureos. l. donatio 25. C. de donat. qui tex. in eo abrogatur quod olim necessaria fuerat insinuatio, si excederet summam 500. per d. l. qua hac parte abrogata est, per d. l. ult. C. dicto tit. vide Schurpf. caus. 6. cent. 1. (g) l. 1. C. h. tit. l. non videtur perfecta 32. & d. l. si mortis causa 29. vers. si verò de mort. caus. donat. vide Couar. in rub. detest. p. 3. n. 16. Hotom. lib. 8. obser. 18.*

XL.

Eius rei tres species Iulianus ponit; vnam, quando aliquis nullo periculi metu conterritus, sed sola mortalitatis cogitatione donat; Alteram, si quis hac mente donat, vt statim fiat accipientis, sed si mors non sequatur, vt restituatur; Tertiam, si quis hac mente donat, vt non statim fiat accipientis, sed tum demum, cum mors fuerit insecuta.

l. 2. de mort. causa donat. l. 1. vers. idem cum ipse de donat. Castrens. tamen ad duas species reducit, quem vide ad. d. l. 2.

XLI.

Donare autem mortis causa possunt omnes qui & testari, cum donatio causa mortis ultimæ voluntati æquiparetur.

Et propterea, qui testari prohibentur, nec mortis causa donare possunt, (a) excepto filiofamiliâs. Hic enim quamuis testamentum facere etiam consentiente patre nequeat, tamen patris consensu donare potest, (b) etiam Patri. (c)

a) *l. tam is 25. in princ. de mortis causa donat. l. ult. C. eod. tit. tot. tit. Instit. Quibus non promissum test. facere.* (b) *d. l. tam is 25. in princ. de mortis causa donat. l. filiusfamil. 16. Qui test. facere. l. penult. C. qui test. facere possunt. Ratio in l. senium 3. §. filium, & ibi Accurs. C. qui testa. fac. pos. Ratio differentiæ vera est, quia test. factio iuris publici. l. 3. Qui test. fac. pos. et donat. mortis causa iuris privati. Alciat. & Viglius.* (c) *l. 1. in princ. C. de Imp. lucrat. libr. 10. l. 1. §. sin autem ad S. C. Trebell. Vasquius de succes. libr. 3. §. 12. n. 16.*

X L I I.

Et quia hæc donatio per omnia ferè legatis siue à testato, siue ab intestato annumeretur, (a) sequitur. I. Omnibus mortis causa donari posse, quibus & legari potest. (b) II. Sicut in qualibet vltima voluntate quinque testes requiruntur, nec insinuatione necessaria est, ita etiam hic. (c) III. Sicut in legato dominium recta via à die mortis testatoris transit in legatarium; ita quoque in mortis causa donatione. (d) Denique sicut in legatis, ita & in hac locum habere legem Falcidian. (e)

a) *§. hæc mortis causa, ubi DD. h. l. ult. C. de donat. causa mortis. l. illud. 17. l. 37. ff. eod. quo ad effectum scilicet, non quo ad alias differentias, de quibus Schneid. h. vide tamen Cuiac. 3. obser. 17. & 2. obser. 6. & nouella 87. & tractatu ad African. 2.* (b) *l. omnibus 9. l. senatus 35. in princ. de mort. causa donat. Ergo coniunx coniugi l. Marcellus 15. §. Paulus l. et si debitor 17. §. si illud 37. de mort. causa donat. l. si eum 9. §. ult. l. sed. 11. §. 1. l. uxori 22. de donat. inter virum & uxorem.* (c) *d. l. ult. C. de Codicill. d. l. ult. C. de mort. causa donat. l. 4. ff. eod. et per notat. in thesi 39. litera (1)* (d) *l. 1. 2. C. com. de leg. l. à Titio 64. in fin. de furt. l. 1. & 2. de pub. in rem act. l. ult. C. de donat. caus. mort. Picus in repetit. l. in quartum. n. 26. ad l. Falcid. Fichardus conf. 47. n. 2. p. 1. Vvesemb. in rubr. h. Cuiac. 10. obseruat. 28. vide Cont. disput. 12.* (e) *l. cum pater 77. §. eorum de leg. 2. & l. si mortis 5. & l. in donat. 12. C. ad L. Falcid. l. 2. in fin. C. de donat. causa mortis.*

X L I I I.

Postremò reuocatur hæc donatio pœnitentia donatoris: (a) periculi mortisue, cuius contemplatione facta erat cessatione: (b) inimicitijs capitalibus interuenientibus: (c) morte donatarij viuo donatore contingente: (d) & alijs modis. (e)

a) *l. mortis*

a) *l. mortis causa 16. l. qui mortis 30. de mort. causa donat. §. 1. h. l. sed si 13. §. 1. de donat. inter virum & uxorem.* (b) *l. illud 37. d. t. l. rem legatam 18. de adim. leg. §. 1. vers. sin autem. h. l. cum quis 12. de condiçt. causa dat. l. non omnis 19. in princ. de reb. cred.* (c) *arg. l. fideicommissa §. si rem de leg. 3. l. 3. §. ult. de adim. leg. modo culpa donatarij inimicitia interuenerint. Riminald. in princ. tit. Inst. de donat. n. 408. n. 412.* (d) *l. si vir 25. §. ult. de donat. inter vir. & uxorem l. cum hic status 32. §. si amb. hic §. 1. Inst. h.* (e) *ut fideicommissa. l. 1. C. de donat. causa mortis: alienatione rei nulla necessitate facta. Dyn. in l. stichum 5. de leg. 1. arg. l. fideicommissa. 11. §. rem de leg. 3.*

XLIII.

Sequitur donatio respectu matrimonij; quarum prima est sponsalitia largitas; quæ est actus, quo sponsus sponsæ, & econtra sponsa sponso futuri matrimonij contemplatione aliquid donat.

l. 8. l. 9. l. 10. l. 15. & seq. C. de donat. ante nup. ubi Sichardus.

XLV.

Deficiente conditione nuptiarum, donatio hæc etiam deficit; iuxtaque hanc distinctionem reuocatur. I. Si sponsus aut sponsa in causa sit, quo minùs nuptiæ sequantur, is per quem factum est quo minùs nuptiæ secutæ sunt, tenetur munus acceptum in simplum restituere. (a) II. Si interueniente osculo in sponsam sponsus munus contulit, & postea ille vel illa moriatur, hoc casu munus ex semisse defuncti vel defunctæ heredibus, & ex altero semisse superstiti proprium manet. Quòd si verò sponsa sponso donet, nihil refert interuenerit osculum nec ne, vter moriatur, sed integrum munus ad donatricem sponsam vel eius heredes pertinet. (b)

a) *d. l. veterum 15. ubi DD. communiter & eleganter Sichardus n. 7. & 12.*
 (b) *l. si à sponso 16. in pr. C. de donat. aut nup. d. l. cum verborum, ubi DD. vide Guibert. de sponsal. C. de effie spons. n. 13.*

XLVI.

Tertiò, si denique à sponso vel sponsa non interueniente osculo munus detur, tum & vter moriatur semper res donata donanti vel eius heredi restituenda est.

d. l. si effie. à sponsal. d. l. cum veterum, & c.

XLVII.

Dos (a) est pecunia, quæ à parte vxoris vel ante vel post nuptias

ptias in maritum confertur, ad onera matrimonij sustinenda. (b)

a) dotis verbum generaliter usurpatur, quod alicui vel à natura vel ab hominibus tributum est. Vnde vulgò dotes animi Corporis & pradiorum l. 2. §. ult. l. Scia 20. §. 1. & §. pradia de instruct. leg. & Inst. leg. l. Titia 34. §. 1. de leg. 2. vide Forn. lib. 1. select. & propriè hic, quod nuptiarum causa datur t. tit. ff. & de iure dot. gravis & evn. (b) l. ult. §. 1. C. de donat. ante nup. §. sed nos h. l. contractus de Reg. Iur. l. 65. exigere de iud. tot. tit. C. de dot. promis. l. pecunia verbum 778. l. pecunia 222. de verb. signif. l. pro oneribus 2. C. de iur. dot. Varro lib. 4. Gail. lib. 2. obs. 81. Guibert. de dot. c. 3

X L V I I I.

Diuiditur dos in profectitia & aduentitia. (a) Profectitia est, quæ à patre mulieris, vel auo vel proauo paterno vel alio, de bonis & facto eius constituitur. (b) Aduentitia, quæ non à patre mulieris, aut auo vel proauo paterno proficiscitur, sed quam vel ipsa mulier vel quiuis alius, vt mater, frater, aut amicus constituit. (c)

a) l. unica §. Plenius C. de rei vxor. act. l. 4. C. de collat. l. profectitia 5. de iure dot. l. 2. §. 1. solut. matrim. l. 35. l. 81. de iure dot. Vlp. in frag. tit. 6. de dotibus. (b) d. l. s. profectitia §. si pater pro filio. de iur. dot. Vlp. d. t. 6. d. l. unica. §. 1. vers. & dos. C. de rei vxor. act. nec refert pater modo tanquam pater dotem dederit, an alius eius nomine vel iussu, unde & profectitia dicitur, quam pater ex patris captiui bonis constituit. d. l. profectitia 5. §. sed si proponas. & profecticia non appellatur quam pater non tanquam pater. sed quasi debitor dedit. d. l. profectitia §. si pater non q. pater. (c) d. l. profectitia 5. §. si pater l. filiaf. 24. de iur. dot. Itaq; si pater debitorem suum mulieri iussit promittere, aduentitia dos erit. d. §. si pater.

X L I X.

Et licet quiuis cuiuscunq; sexus conditionisq; existat, dotem constituere possit: (a) tamen ad eam constituendam duntaxat ratione paterni officij, (b) filia etiam locupleti, (c) emancipata, (d) proba ac pia, non hæretica (e) cogitur pater, & auus, (f) sicut & pupillis ac minoribus tutor & curator. (g) Non verò mater, nisi ex certis & magnis causis. (h)

a) l. promittendo 41. de iure dot. l. ult. C. ad S. C. Velleian l. ult. §. neq; n. de dot. promis. (b) l. ult. §. namq; C. de dotis promis. l. mater. 23. §. ult. ad Trebell. l. qui liberos 19. de ritu nuptiarum. vide Vasq. lib. 1. de succes. §. 4. n. 58. vide Conan. 8. com. 8. (c) modo pater soluendo sit l. 14. in fin. l. 25. §. 1. Quæ in fraud. cred. l. ult. vbi DD. C. de dot. promis. l. 19. de rit. nupt. Menoch. conf. 8. n. 7. Euerhard. in topic. loco à dote ad alim. Gail. libr. 2. obs. 95. Mynsing. 5. obseruat. 32. vide Guibert. cap. 4. de dot. Conan. 8. com. 8. n. 7. Duar. solut. matr. rub. de dotibus c. 3. Alciatus 8. parerg. 3. (d) l. ult. C. de dot.

de dot. promis. l. 5. §. 11. de iure dot. l. 10. in pr. l. 59. solut. matrim. l. 6. de collat. dissentit
 Hotom. de dote, n. 32. (e) l. 29. C. heret. & Manichæis. l. si filiam 19. C. de inoff. test.
 vide Nouell. 115. c. 13. §. si alicui auth. sed si post. C. de inoff. test. Gail. libr. 2. obs. 95. Gui-
 bert. de dot. c. 3. (f) l. 6. vers. quippè de coll. bon. l. 7. §. ult. cum l. seq. de in rem verso.
 Imò etiam patre et sorore paupere, cogitur frater l. cum plures 13. §. ult. de administ. tut.
 ubi DD. Sichard. et Duar. solut. matr. c. de dote 3. Pinel. in l. p. 3. n. 110. C. de bõis. mat.
 (g) l. cum post. 69. §. nuptijs l. quæro 60. de iur. dot. l. tam dementis 28. C. de Episcop.
 audient. l. si curator 9. de adm. tut. (h) l. namq; mater. 14. ubi Sichardus C. de iur.
 dot. l. cognouimus C. de heret. & Manichæis Schurpf. conf. 8. n. 2. cent. 1.

L.

Potest autem in dotem dari pecunia, hoc est, omnes res
 tam soli quàm mobiles, tam corpora quàm iura, & deniq; res
 tam æstimatæ quàm inæstimatæ. (a) Et dari quidem ac consti-
 tuti (veteribus, dictionis solennitatibus abolitis) (b) vel expres-
 sè; vel pollicitatione, nuda pactione, acceptilatione, delegatio-
 ne, (c) vel tacitè, (d) absque vlla insinuatione, etiamsi exce-
 dat 500. solidos. (e)

a) l. 4. l. 5. d. l. pecunia 178. d. l. pecunia nemine 222. de verb. sig. l. res in dotem 42.
 de iur. dot. l. unic. C. de rei vxor. act. l. in reb. 30. C. cod. & tot. tit. de fund. dot. l. 13. nec
 ullum §. apud Marcellū de hered. pet. l. 17. cum l. seq. l. si socrus 18. C. de iure dot. l. 2. C. de
 oblig. & act. l. cum dotem 71. ff. h. l. cum post. 69. §. gener. h. t. & tot. tit. solut. mar.
 (b) de quib. Vlp. in frag. d. tit. 6. et ibi Cuiac. ac Charonda, Caius in frag. 2. Inst. tit. de
 verb. oblig. l. 3. C. Th. de incest. nupt. l. ult. C. th. h. t. (c) l. quemad. 46. §. traditione de
 iur. dot. l. ult. de seruit. l. 41. §. acceptilatione. l. licet 43. d. l. permittendo 43. §. 1. ff. de
 iure dot. l. si debitor 83. de nouat. l. Iulianus 20. cum ll. seqq. eod. l. ad exactionem 6. C. de
 dot. promis. l. si pater mulieris 76. in princ. de iur. dot. (d) l. si mulier 13. l. Diuus 40.
 l. post diuortium 64. l. dotem 30. ff. de iure dot. l. si mulier 19. l. penult. §. vxor solut.
 matr. (e) l. ult. §. 1. ubi Cyn. n. 4. C. de iur. dot. Cuiac. ad Nouell. 119. Clarus d. l.
 quæst. 16.

L I.

Denique quamuis durante matrimonio, Maritus Domi-
 nus Dotis existat; (a) tamen eo soluto; (b) non ante nisi certis
 causis, (c) Dos ita repeti potest; vt mortuo quidem marito,
 tam aduentitia quam profectitia, (d) Dos patri adiuncta fi-
 lia, (e) repetenti restituenda: mortua verò vxore, profectitia re-
 gulariter patri reddenda sit, (f) aduentitiam maritus lucre-
 tur, (g) nisi & in illius, (h) & huius, (i) dotis constitutione
 Y aliter

aliter conuentum sit. Restituenda autem regulariter res mobilis intra annum, immobilis statim. (k)

a) *L. in rebus 30. l. si precia 23. C. de iur. dot. l. 21. §. 4. ad municip. l. quamuis 78. de iure dot. §. 1. Inst. quibus alienare licet. de re aestimata in dotem data, nullum est dubium l. unica §. 6. C. de rei vxor. act. l. 5. l. 10. C. de iure dot. Sed re in aestimata controuertunt inter pp. & verius est ad maritum pertinere. l. 7. §. 3. l. 75. l. 69. l. 29. de iur. dot. l. 30. eodem. vide Vaudum lib. 2. quest. 3. Couar. pract. quest. c. 18. Vult. discep. 19. Donell. li. 14. c. 4. p. 227. Menoch. cons. 229. n. 22. & idem de arb. iud. quest. lib. 2. c. 38. n. 19. Duar. de dot. c. 1. Hot. 10. obser. 32. Robert. 3. sentent. 18. 3. animaduers. 9. Guibert. de dot. c. 5. Coras. mis. 14. & alios. (b) tot. tit. ff. & C. solut. matr. (c) l. 24. solut. matr. l. 29. C. de iure dot. c. per nostras extra de donat. inter vir. & vxor. scilicet si Maritus bona prodigendo ad inopiam vergat Gail. lib. 2. obs. 83. vid. l. quamuis 20. & seq. solut. matr. Donell. lib. 14. cap. 5. (d) d. l. 2. §. 1. l. 3. l. cum dotem 22. §. 1. & 4. solut. matr. l. 2. 7. C. eod. l. 34. §. 5. de leg. 2. l. 24. §. si gener de solut. matr. l. pater filiam 14. in princ. ad L. Falcid. l. 28. post nuptias de iur. dot. d. l. unic. §. & hoc ex rei vxor. C. de rei vxor. Hotom. lib. 9. obser. cap. 2. & per ea qua tradit Vaudus lib. 2. quest. 31. Nouella 97. cap. 6. & §. sin autem Cuiac. tract. 8. ad Africanum ad d. l. 34. solut. matr. & in not. Mercat. 3. cap. 17. Duar. in d. §. 1. Hotom. de dot. n. 115. 130. vide Robert. 3. animad. 17. (e) in sacris scil. patris existente. Nam emancipata aduentitiam quidem repetit suo arbitrio. d. l. 44. d. l. 22. §. eo autem tempore solut. matr. d. l. unica. §. videamus. C. de rei vxor. act. profectitia non nisi patre consentiente. arg. Nou. 32. c. illud quoq; vers. si vero pater obtulerit vide Zas. in l. 2. solut. matr. Anth. Fabr. 1. coniect. 16. (f) l. 6. & ibi Gotofred. 159. solut. matr. l. 4. C. eod. l. 26. §. cum inter de pact. dotalibus l. 5. de diuort. & repud. l. 17. ad S. C. Maced. l. vlt. in princ. rem rat. hab. l. 2. C. de bon. qua liber. (g) l. 5. de bon. dam. l. 15. l. penult. de fund. dot. l. 16. de relig. & sumt. funerum. Cuiac. 9. obser. 4. (h) l. 12. l. 1. l. 2. de pact. dot. l. 12. l. seq. solut. matr. aut liberis superstitibus vxor decesserit. his enim casibus mariti lucro dos cedit. l. 17. ad S. C. Maced. l. 14. in princ. ad l. Falci. l. vlt. §. 1. vt leg. nom. cau. l. 19. C. de colla. l. 40. solut. matr. Duar. in l. 48. solut. matr. vide Anth. Fabri. coniect. 16. vbi satisfacit Cuiac. tract. ad African. ad l. vlt. rem rat. haber. vide Guibert. c. 6. & Hot. inf. n. 122. (i) l. si mulier 25. vbi DD. C. de iur. dot. d. l. unica §. accedit ei C. de rei vxor. act. si scilicet vel mulier vel extraneus aduentitiam dotem reddi stipulatus sit. (k) l. unica §. cum autem & §. ex act. C. de rei vxor. act.*

L I I.

Donatio propter nuptias, ἀντιφεγνή, veteribus prudentibus incognita (a) est, quæ à parte mariti vel ante vel post nuptias confertur in vxorem ad dotem eius velut compensandam. (b)

a) §. & est aliud verb. Quod veteribus quidem h. Hotom. V. vesemb. & alij putant, hanc donationem veteribus iure Consultis cognitam fuisse, per l. 17. & 22. §. si quis sponsam de donat. inter vir. & vxor. l. 12. de pub. l. 1. C. de donat. non rectè. Primò repugnat verbis Inst. d. §. Nec obstant dd. ll. quia non de hac donatione ante nuptias sed de aliis

de alia qua dicitur sponsalitia largitas, agunt; de utraq; tit. in C. de donat. antenupt. et sponsalitia. Quae in multis rebus differunt. Donatio propter nuptias fit à sponso tantum siue etiam marito; sponsalitia tam à sponso quam sponsa, & tantum à sponsis. Secundò illa fit dotis, hæc amoris causa. Tertio illa consistit in re magna, hæc exigua, ut annulo, torque, gemma, &c. (b) §. est et aliud. §. sed & nos h. Nouell. 119. in princ. l. si constanter 119. C. de donat. antenupt. l. ut in princ. §. sancimus C. d. t. Cuiac. lib. 5. cap. 4.

L I I I.

Hanc donationem propter nuptias DD. nostri confundunt, (a) cum duario Vitalicio siue dotalicio. Non rectè. Nam dotalicium quod nostrate lingua ein Leibgeding / Widumb / Leibzucht / &c. vocamus, est tantum ususfructus quidam à marito in certa portione bonorum, aut fructuum vxori constitutus, vnde mortuo marito mulier se tueatur. (b) Donatio hæc est proprietas tantæ partis bonorum mariti quanta dos existit, aut ab initio constituta fuit. (c)

a) vide Schneid. ad tit. de hered. qua ab intestato cap. de succes. inter vir. & uxorem n. 43. Joachim à Beust. cap. 10. de dotibus. Hart. Pistor. lib. 1. quest. 45. (b) Joachim à Beust. d. cap. 10. de dotibus Hot. in Lexic. Feud. verb. dotalitium. (c) l. de rebus 13. C. de donat. antenupt. Nouella. 61. c. 1. Authen. dos a. C. de donat. antenuptias Auth. sine C. ad S. C. Vell. l. vlt. cum Auth. seq. C. de donat. antenupt. Cuiac. d. lib. 5. cap. 4. 2. feud. 9. Clarus. d. l. quest. 10. & 11.

L I I I I.

Et licet hæc donatio, cum quoad pacta, tum quo ad quantitatem cum dote de Iure nouissimo æqualis esse debeat, (a) tamen hodie consuetudine Ius vetus denuò receptum (b) est; quo Iure æqualitas quoad quantitatem, non fuit obseruata. (c)

a) Nouell. 97. cap. 1. & 38. l. ex morte auth. æqualitas C. de pactis conuent. l. vlt. & auth. dos data C. de donat. antenupt. (b) Gail. libr. 2. obser. 78. n. 2. Clarus d. l. quest. 16. (c) Nouell. 22. Nouell. Leon. 20.

L V.

Morganitica donatio est munus, quod nouus maritus nymphæ suæ ipso nuptiarum die post primum concubitum pudicitiae & virginitatis honore donat.

de hoc vide Baronem Schencki. libr. 2. feud. ad tit. de filiis natis ex matrimonio ad morgani. etc. Scharidus ad rub. C. de donat. antenupt. Hot. Pistor. lib. 1. quest. 44. Mynsinger. respons. 43. & Hot. in lexico feudali verb. Morganitica, qui tamen male hanc cum dotalicio confundit, per iam dicta.

L V I.

Hæc de donationibus respectu matrimonij siue nuptiarum. Restat donatio remuneratoria, quæ à viuento, & citra omnem periculi metum in compensationem meritorum in alterum confertur, vt si donem quid, quod me defenderit, vel à hostibus liberârit, vel erudierit, &c.

l. si pater 34. §. 1. de donat. l. Aquilius 27. vbi DD. communiter vide Bart. in l. frater à fratre 38. n. 57. de condict. indebit.

L V I I.

Hæc inter liberos & parentes, (a) coniugesue, (b) facta valet, nec prætextu ingratitude aut liberorum natiuitate reuocatur, (c) nec etiam insinuatione licet quingentorum summam excedat, opus habet, (d) modo merita ob quæ hæc donatio fit exprimantur nominatim. (e)

a) Gail. lib. 2. obser. 38. n. 5. Clarus in d. §. donatio quest. 8. Menoch. de arb. iud. quest. lib. 2. casu 132. (b) Gail. d. l. 40. Men. d. casu 132. vide & idem lib. 3. presum. c. 29. Vinius lib. 1. com. lit. D. dissentit. Pinel. l. 1. p. 3. n. 62. (c) l. generaliter 3. h. glossa in l. ult. verbo inueniatur C. h. l. si pater 34. §. 1. de donat. Moz. de donat. cap. quomodo annullatur n. 88. (d) d. §. alia h. Cuiac. 17. obser. 33. Mynsing. 4. obser. 75. Vves. com. 38. Gail. d. lib. 2. obser. 39. & DD. communiter in d. l. Aquilius. (e) d. l. 27. Mynsing. d. l. & Gail. d. obser. 38. n. 6.

L V I I I.

Ad Tit. 9.
Quibus alie-
nare li-
cet. &c.

Hactenus explicatum fuit de modis acquirendi singularibus, tam Iure gentium quàm ciuili introductis: quorum tractatus antequam (nam reliquos singulares modos propter cognationem materiæ inserit Iustin. vniuersalibus) (a) concludat Imperator, adijcit hoc loco duos titulos communes, vnum ad alienationem, alterum ad acquisitionem dominij pertinentes.

a) §. hactenus infra tit. prox.

Quod

L I X.

Quod ad alienationem, definitur alienatio omnis actus, per quem Dominium transfertur. (a) Quamuis interdum hoc verbum longiùs extendatur; nempe ad possessionem, vsumfructum, pignus, & alia Iura in rem. (b)

a) *l. 1. C. de fund. dot. l. 28. & l. 67. de verb. sig. l. si ab eo de vsucap. & rectè DD. cum mentio sit alienationis simpliciter interpretantur de dominio vt ipsi vocant directo Alciat. ad l. 28. alienationis num. 1. de verb. sig. Baldus in Auth. hoc Ius n. 1. C. de sacros. Ecclesijs Menoch. conf. 118. n. 21. (b) vt scil. hac notione alienare prohibetur non solum dominium, sed ne possessionem quidem, vsumfruct. & c. alienare potest l. vlt. C. de reb. alienand.*

L X.

Et si a. regulariter rerum alienatio domino permittitur, (a) & quidem nemini nisi domino. (b) Tamen contra hanc regulam duo contrarij casus hîc & velut paradoxa iuris adferuntur. Nam sunt quidam, qui rerum quidem domini sunt, & tamen eas alienare prohibentur, & vice versa; quidam domini non sunt, & tamen alienare queunt. (c)

a) *l. in re mandata C. mandat. in princ. h. & §. admonendi eod. vide disput. s. vbi de dominio. (b) cum nemo plus iuris in alium transferre possit quam ipse habet. l. nemo plus de diuers. Reg. Iur. l. traditio de acquir. rer. dom. & per vulgata. (c) tot. tit. h. l. 46. non est nouum de acquirendo rer. dom.*

L X I.

Prioris casus exemplum primum datur in marito: Nam hic prædium dotale, quamuis sit eius dominus, (a) inuita muliere nullo modo alienare potest. (b) Imo ne consentiente quidem aut iurante se non contrauenturam oppignerare aut alienare de Iure ciuili potest: (c) secus de Iure canonico. (d)

a) *vetus glossa Martinus Vult rem dotalem esse vxoris, Ioann. quem sequitur Accursius mariti glossa in l. quintus Mucius 29. §. argent. de aur. et arg. legat. sed de hoc dixi supra. (b) lex Iulia vetabat alienationem in Italia siti prædij. lex Iust. in omni prouincia, et non tantum alienationem sed etiam oppignorationem, tot. tit. de fund. dot. l. vnic. §. et cum lex C. de rei vxor. act. de hac lege Iulia in Iure celeberrima vtente, cuius multa sunt capita vide Dion. li. 59. et Tacit. 3. annalium. Prohibita a. est alienatio præcipue*

cipuè rerum inæstimatorum, & qua seruando seruari possunt, etiam si sint mobiles l. ult. de pact. dotat. l. lex queritur C. de adm. tut. Bart. in l. 1. n. 18. l. 5. æstimatoris solut. matr. Auth. siue C. ad velleia. olim mobiles alienare lex Iulia non vetabat l. 1. C. ser. pig. dot. l. 2. C. de his qui à non domino l. 21. de manumis. (c) l. 1. C. de fundo dot. in princ. h. d. l. unica Nouella. 61. l. Iurisgentium 7. §. pen. de pact. l. non dubium 5. C. d. l. l. 2. §. de pact. dotat. Ratio in l. assiduis C. qui pet. in pig. l. maximum vitium C. de liberis præterit. (d) c. contingat & ibi Canonist. de Iureiur.

L X I I.

Alterum est in pupillo. Ille. n. sine auctoritate tutoris neq; res alienare, (a) neque debitum soluere, (b) neque dare, (c) neque etiam ipsi debitum solui potest, quamuis rectè ipsi dari queat. (d)

a) *l. 11. pupillus de acquir. rer. dom. ne possessionem quidem l. pupillo 15. de solut. §. admonendi h. l. 9. §. 1. de aut. tut. meliorem suam conditionem facere potest non deterio- rem, & alienando facit deterio- rem. Exemplum in mutuo de quo h. & l. 9. certi condic- t. de reb. cred. l. pupillus 49. de oblig. & actio. (b) l. 28. vbi DD. de pact. d. l. 15. de solut. §. 2. h. pupillus neq; soluere neq; ei solui potest, quia in vtrolibet casu alienatio fit. Nam soluens alienat rem, cõtra si ei soluatur, alienat obligationem. l. 22. filiusfamil. de solut. videl. sancimus C. de adm. tut. & disput. 4. (c) dare. n. est dominium transferre siue alienare. l. ult. C. de condic- t. causa dat. (d) acquirere enim potest, at datione trans- fertur dominium. d. l. ult. §. at ex h.*

L X I I I.

Tertium in minore; curatorem habente qui sine eius con- sensu nihil alienare potest, (a) & furioso, fatuo, prodigo, (b) & denique filiofam. qui bona aduentitia sine consensu patris cui vsusfructus quæsitus est, alienare etiam prohibetur. (c)

a) *l. 3. C. de in integ. rest. §. nunc admonendi et §. & ex contrario in verbis ita licere vel tutori vel Curatori. Et si enim obligari possit minor. l. puberibus 125. de verb. oblig. tamen distrahere obligationem, hoc est, Ius & rem suam alienare non potest. l. 4. C. de curat. l. si quis ead. rectius tamen soluitur minori. l. ait 7. de minor. (b) Lis cui de verb. oblig. l. non omnis 19. §. ult. si cert. petatur l. si à furioso eod. l. si sciens de contrah. emt. arg. §. quares, que de pupil. substit. vide disput. 4. (c) l. ult. §. filijs autem C. de bon. qua- liber.*

L X I I I I.

Hoc a. in rebus, quæ alienari vel natura vel lege prohibentur obseruandum. Eas etsi per se & singulæ alienari non possunt, ta-
men

men per vniuersitatem transire & alienari posse: sic fundum dotalem maritus per se & solum alienare, vt vendere, donare legare non potest, sed si maritus heredem relinquat, etiam fundus dotalis cum reliqua hereditate alienatur.

l. 62. quædam de acquir. rer. dom. l. 1. de fundo dotal. l. 135. si ita. §. ea lege ff. de verb. oblig. l. 69. verò §. fratrem de leg. 2. l. in modicis 24. de contrah. emt. l. 53. si mercedem §. 1. de act. emt. ratio in l. 1. & l. 7. quod dicimus. de aut. tut.

L X V.

Posterioris casus exemplum est creditor: Nam is pignus ex pactione vt distrahatur mora in solutione exoriente, quamuis eius dominus non sit, (a) alienare potest. (b)

a) arg. l. si is qui 66. de furt. cōtractu pignoris res nō alienatur sed obligatur. (b) §. 1. h. d. l. non est nouum 46. de acquir. rer. dom. & hoc fit propter appositum pactum, quòd vulgò pactū vulgare vocamus, hoc fit vt ipse debitor rem siue pignus vendere videatur l. 4. C. de pig. act. Quin imò et si pactum non appositum sit, tamen si debitor sit in mora post ternam denunciationem alienat recte non ante. Nam si ante denunciationem alienet, tenetur furti. l. 4. §. vlt. C. de pig. act. l. 75. de furtis Paull. lib. 2. sentent. tit. 5. Cuiac. libr. 5. obs. 31.

L X V I.

Ex pactione dico: Quia si de alienando pignore creditor & debitor non sint pacti, aliud ius obtinet, nempe id, quod Iustinianus constituit, vt debitor primò ad solutionem sollicitetur, qui si cessarit biennio, pignus distrahi poterit, & si non reperiat emptor, rursus admonebitur debitor: Qui si porro cesset, nec luat pignus creditor sibi ius dominij impetrabit: Verùm nec sic omnino debitor suo cadit pignore: sed si iterum post biennium offerat debitum, vnâ cum omni damno & interesse recuperat pignus. Verùm hæc constitutio hodie parum attenditur.

l. rescriptum 12. in princ. de distract. pig. l. pignus 9. C. de pig. act. l. 9. C. de distract. d. l. 4. C. eod. l. 4. de pig. act. Paulus. d. l. tit. 5. Iustian. l. vlt. C. de iur. dominij impetrand. vbi Cuiac. in paratit.

Iam de

Ad Tit. 9.
Per quas per
sonas cuiq;
adquiratur.

Iam de acquisitione. Adquirimus a nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus aut bona fide possidemus.

l. 10. in princ. de acquir. rer. dom. l. 53. l. 32. l. 17. l. 23. in fin. l. 17. l. 18. l. 33. in princ. & §. 1. l. 21. l. 39. l. 43. l. 57. l. 19. l. 44. l. 54. eod.

Liberi itaq; in nostra potestate constituti quicquid ex bonis profectitijs acquirunt, totum nobis acquirunt. (a) Ex adventitijs sibi proprietatem, nobis vsumfructum. (b) Ex peculio verò castrensi aut quasi castrensi totum sibi ipsis acquirunt. (c)

a) §. 1. h. l. profectitia dos in princ. de lure dot. l. acquiritur 10. de acquir. rer. dom. l. cum oportet C. de bon. qua liber. §. 1. supra de patria potest. Olim omnia patri, excepta nullare acquirebantur, ratio fuit patria potestas. l. in suis de liber. & posthum. §. 1. vers. quanquam quibus non est permis. fac. test. Dionis. libr. 2. antiquit. Rom. unde peculium olim erit uniusmodi peculium scil. Paganum per notat. infra. (b) Constantinus Imp. primus constituit, ut bona maternanon patri sed liberis acquirerentur tantum, ut eorū vsumfructus esset patris, item mox hoc recipit in bonis materni generis, hoc est, qua ab auo aut proauo materno, aut auia materna veniunt de quibus tit. C. de bon. mater. vide l. 1. & 2. d. t. C. postea interiecto tempore alia ijs duabus abiecta nempe, bona quasita ratione matrimonij & sponsalitia ex constitutione Theodos. & leonis l. 1. & seqq. C. de bon. qua liber. Et denique qua ex alia causa, ut ex testamentis propinquorum legatis donationibus obuenerunt tot. tit. C. de bonis qua liber. in potest. Hec quatuor genera vno nomine adventitia, sunt & de ijs Iustinianus ita ut dixi constituit. d. §. 1. h. d. l. cum oportet C. de bon. qua liber. Quam vis interdum etiam vsumfructus acquiratur filio, de quo in l. ult. §. 1. Auth. excipitur & 2. seqq. C. de bon. qua libr. (c) §. 1. h. l. cum antiquis. C. de inoff. test. l. 1. §. vnic. Castrense de collat. l. 4. §. 1. de Castrens. pecul. Primus autem Augustus Imp. Castrensia concessit, tanquam propria filiofamil. §. 1. infra quibus non est permis. fac. test. Vlp. tit. 20. vide l. 1. C. de bon. qua lib. l. si filius 10. C. de petit. her.

Quod ut intelligatur sciendum est, peculij duas esse species: Quoddam peculium est Paganum, quoddam militare. (a) Paganum, (b) peculium est, quod non est militum, estq; pusilla pecu-

pecunia, quam dominus aut pater seruo & liberis, à suis rationibus separatam attribuit, saluo retentionis Iure. Et olim erat vniusmodi, hodie duo genera bonorum continet, bona profectitia & aduentitia. Illa sunt quæcunque à patre collata sunt in filium, vel aliunde quidem facto tamen vel contemplatione patris. (c) Et hæc bona quanquam voluntate patris collata sunt in filium, Iure tamen tota sunt patris. Hæc sunt, quæ aliunde, quàm à patre obueniunt filio siue ignorante patre siue inuito. Horum proprietates est filij, vsusfructus vt dixi patris. (d)

a) d. l. ult. C. de inoff. test. l. 5. de Iur. dot. l. 28. paterfamil. de reb. auct. iud. vide Donell. ad §. actiones autem de peculio infra de act. Vvesembec. in rub. b. (b) Paganum peculium est antiquissimum ratione tam liberorum quam seruorum. l. 14. §. 1. de pecul. & tit. quod cum eo, qui in alien. pot. & ad hoc pertinet actio de peculio. de qua d. §. actiones & ff. de pecul. aded vt propter patriam potestatem, qua pater Ius idem tam in personam quàm bona filij quod in seruum habebat, olim totum acquirebatur patri, & ideo vniusmodi. Hodie propter diuersa constituta Iura de bonis, paternis scilicet aut maternis, quæ illud peculium continet, factum est duplex. vide Vvesembec. h. quamuis profectitij & aduentitij verbum propriè pertineat ad bona & dotem, nec ita diuidatur peculium. l. 5. profectitia in princ. & §. si pater de Iure dot. d. l. 28. paterfamil. de reb. auct. (c) §. 1. h. d. l. 5. profectitia l. si plures §. in arrogato de vulgari d. l. cum oportet. l. 1. §. 1. de donat. §. 1. h. l. 6. & 7. tot. tit. C. de bon. qua liber. & de bonis. Mater.

L X X.

Militare peculium est duplex. Castrense & quasi castrense. (a) Illud est, quidquid miles in castris vel extra castra per causam militiæ adquisierit, vt sunt stipendia, præda ex hoste, item quæ in militiam abeunti dantur à parentibus, amicis ad militiæ vsus necessaria. (b) Quasi castrense est, quod filiusfamil. ratione militiæ togatæ ac litteratæ sibi acquirit, ex aduocationibus, professionibus, consultationibus, opera reipublicæ nauata. (c) Et in his militaribus peculij filiusfamiliâs fungitur vicepatris. (d)

Z

a) d. l. vlt.



a) d. l. ult. C. de inoff. test. l. 1. §. unic. castrense de collat. (b) Paulus libr. 3. sent. 4. l. 4. l. castrense de castr. pecul. l. si filius C. fam. ercis. (c) l. ult. C. de inoff. test. l. advocari 14. C. de advoc. divers. iud. §. ult. infra de militari test. l. cum oportet 6. C. de bonis qua libr. l. 7. velut. C. de assessor. institutum ab Honorio & Theodos. licet mentionem in pandectis sed manu Triboniani. vide l. si quis ad declarandum C. de Episcop. & cler. d. l. ult. C. de collat. (d) d. l. 4. §. 1. de Cast. pecul. l. 1. §. nec Castrense de Coll. d. l. ult. C. de inoff. test.

L X X I.

Longè dissimilis causa peculij seruorum in potestate nostra constitutorum. Nam serui peculium cum non distinguatur, sed vniusmodi sit, & definiatur; quod seruus domini permisso separatim à rationibus dominicis habet, deducto inde, si quid domino debetur, iure totum est domini, & proprietate & fructu, (a) adeò vt seruus iam quidquid acquirat ex quacunque causa perpetuò, etiam ignorantibus atque inuitis, imò dormientibus dominis acquirat; excepta hereditate, quam volentibus atque scientibus acquirat. (b)

a) d. l. 4. in princ. de pec. l. 5. §. ult. eod. §. item nobis h. (b) §. item nobis h. d. l. 10. acquiratur de acquir. rer. dom. l. etiam inuitis eod. l. seruus 62. de verb. oblig. l. 32. l. 17. l. 73. §. 1. 2. l. 34. l. 56. de acquir. rer. dom. l. 31. nunquam de usucap. l. 46. de iure dot. Ratio est, quia acquisitio fit ipso iure, at ius non cadit in seruum l. placet. de acquirenda hered. Ergo acquiratur domino, aut nulli. sed hoc absurdum, quia ideo seruos habemus, vt acquirant l. melior. de Reg. iur. Ratio de hered. est, quia est vniuersitas continens lucrum & damnum l. heres. l. hereditas de Reg. iuris. at non debet domino adferre damnum nisi scienti, vide l. si quis in princ. & §. iussum vbi DD. de acquir. hered. §. item nobis h. l. qui in aliena eod. d. t.

L X X I I.

Sed quæritur an possessio acquiratur ignoranti? Et ne domino quidem aut patri, nisi in re peculiari, & per Procuratorem utilitatis causa acquiri posse concludimus.

l. 1. §. 5. Ferret. num. 4. Zas. & Duar. ibidem de acquirendo pos. l. 3. §. 12. l. 4. l. 24. l. 44. de acquir. pos. Conan. 3. comment. 8. num. 9. Donell. lib. 5. comment. 8. Cuiacius variat. in l. 62. de verb. oblig. & libr. 24. obser. 9. l. 34. de acquirenda pos.

Serui

LXXIII.

Serui verò in quibus vsumfructum habemus, aut homines quos bona fide possidemus, siue serui siue liberi homines sint, duntaxat duabus ex causis, operis nimirum suis, & re nostra nobis adquirunt. Ex reliquis vero causis; vt si donatum, legatum, hereditas relicta sit, domino, aut sibi adquirunt, non possessori, aut fructuario.

§. 4. 5. Inst. h. l. 1. §. 6. 8. l. 34. in fine de stip. ser. l. 23. l. 19. d. l. 10. §. ult. l. 21. l. 39. l. 43. l. 57. d. l. 37. d. l. 47. de adq. rer. dom. l. plenum §. si vsus de vsu & habit.

LXXIIII.

Per extraneam verò & liberam personam nobis regulariter nihil acquiritur, neque dominium, neque possessio, neque obligatio, aut actio, (a) nisi sit procurator, tutor, aut Curator. (b)

a) §. ex his itaque h. cum quilibet sua curare debeat, aliena non item l. stipulatio ista. §. alteri l. solutum §. per liberam personam nihil acquiritur de pig. act. l. culpa est de Reg. Iur. l. ult. C. de leg. tut. l. quaecunque de obligat. l. ea qua de adq. pos. (b) d. §. h. l. 1. C. de adq. pos. l. 42. eod. l. 1. C. per quas personas oblig. adq. l. 1. §. per procurat. l. 49. §. ult. de adq. pos. l. 13. si procurator de adq. rer. dom. & Donell. d. cap. 8. Duar. in d. l. 1. §. 20. de adq. pos. l. 3. C. eod. l. 8. de reb. eor. qui sub tut. l. 27. de adm. tut. vide Cuiac. 22. obser. 17. & Vaudum lib. 1. quest. 47. & notandum, vbi in Iure libera persona, qua adquisit sit mentio, tum Procuratorem intelligendum esse vide Conan. d. loco.

CORONIS.

I.

Veterem DD. Præscriptionum; in Merè Fauorabilem, vt est rerum mobilium: Merè Odiosam, vt est triennij: & Mixtam; quæ est Longi temporis, Diuisionem Iuri nostro non esse consentaneam affirmamus.

Z z

omnis

Omnis enim præscriptio boni publici favore & odio negligentia ac litium est inducenda. vide l. ult. in fin. C. de annal. except. & eleganter Francisc. Conan. in Comment. h.

I I.

Is, qui rem alienam legitimè vsuceperit, siue præscripserit, etsi postea rem alienam fuisse rescuerit, restituere eam veteri domino non tenetur, sed bona conscientia & iustè possidere potest.

Conan. libr. 3. c. 13. num. 89. & seq. glos. Panorm. & alij in c. vigilanti de præscript. nam lex iusta etiam in foro conscientia vim obtinet & seruari debet. per not. glos. & interpp. c. qua in Ecclesiam de constitut. arg. c. non frustra 28. q. 5. & iustè possidet, qui auctore pratore aut lege possidet l. iustè 11. de acquir. pos. vid. Balb. de præscript. 2. part. 3. part. pr. quest. 9. Couar. in d. c. possessor p. 3. §. 2. n. 1.

I I I.

Non valet pactum, ut donatio non possit reuocari ob in gratitudinem.

l. pacta 6. l. contra iuris in princ. 28. de pact. ubi DD. lex eo C. de inutil. stipul. c. non est obligatorium de Reg. Iur. in 6.

FINIS DISPUTATIONIS
OCTAVÆ.

Kc 2938

ULB Halle 3
004 977 297



Sb.

nl







Disputatio octava,

EX TIT. VI. VII. VIII. IX.
Libr. 2. Institut.

CONTINENS

Tractatum { *Vsucapionis & praescriptionis.*
Donationum.
Quibus alienare liceat.
Per quas personas cuiq. adquiratur.

Quam Deo clementer adiuuante,

Pro ingenij viribus defendere conabitur

M. MICHAEL BERINGER,
Vlbachensis.



T V B I N G E
Typis Georgij Gruppenbachij,
M. D. X C V I.

T